



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**


**Ingolstadii, 1611**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

**N**on scitamus eā: sed sci-  
amū de illa auis sic. **U**t scrip-  
tura impletur dicens. **P**ar-  
ta sunt uestimenta mea  
sibi: et in uestem meā mis-  
erunt sericē. **E**t milites quidē  
fecerūt hoc. **S**tabant autē  
iuxta crucē ihu mater eius:  
et soror matris eius mari-  
a adrophie. et maria magna  
lena. **S**i uideret ergo ihū  
mātrē et discipulū stantem  
quē diligebat: dicit matri  
sue. **M**ulier... **U**t filius tuus?

uenerit in cruce corpora sabba-  
to. erat uī magnus dies  
ille sabbati. rogauerūt popu-  
lū: ut frangerent eorū cru-  
cia. et tollerent. **N**ouerūt et  
quō milites. et primum quidē  
frangerūt cruce et altariis  
qui crucifixus est cū eo. **N**ō  
ihū autē cū uenissent: ut  
uiderūt cū iam mortuum:  
non frangerūt eius cruce. **S**  
onus militū lancea latus  
eius aperuit: et conuulsum  
exiit sanguis et aqua. **E**t






Th. 2159.


G.V.7.











SUMMULA CASVVM  
CONSCIEN-  
TIAE DE SACRA-  
MENTIS,

PRO SECTARIIS PRÆDI-  
CANTIBVS TAM VRBANIS ET  
*oppidanis, quàm agrestibus & ruralibus,*

EX

LVTHERO, CALVINO, ET BEZA,  
fideliter collecta, & in lucem edita,

PER

JACOBVM GREYSERVM,  
SOCIETATIS IESV THEOLOGVM.

*Liber Collegij Societatis AD IESV Paderbornæ*

REVERENDVM ADMODVM IN CHRI-  
STO Patrem ac Dominum, IOANNEM, Monasterij  
RHORENSIS Præpositum vigilantissimum.

ANNO



M. DC. XI.

INGOLSTADII,

Ex Typographico ADAMI SARTORII.

PROSPECTUS  
OF THE  
NEW YORK  
AND  
LONDON

OF THE  
NEW YORK  
AND  
LONDON  
AND  
LONDON

OF THE  
NEW YORK  
AND  
LONDON  
AND  
LONDON

OF THE  
NEW YORK  
AND  
LONDON  
AND  
LONDON



ADMODVM  
REVERENDO IN  
CHRISTO PATRI AC DOMINO,  
DN. IOANNI, MONASTERII RO-  
RENSIS EX ORDINE CANONI-  
corum Regularium S. Augustini  
Præposito dignissimo.

**V**ulgavit ante aliquot annos,  
Admodum Reuerende Præsul,  
Ægidius Hunnius, Lutheranus  
præco. librum, quem Calvinum  
Iudaizantem indigitavit. cuius operis argu-  
mentum & finis est, ostendere, Calvinum illu-  
strissima scriptura sacra loca & testimonia de  
sacro sancta Trinitate, diuinitate Christi &  
Spiritus sancti, cum primis autem vaticinia  
Prophetarum de aduentu Messie, Natiui-  
tate eius, Passione, Resurrectione, Ascensione  
in cælos, & Sessione ad dexteram Dei, detestan-  
A 2 dum

dum in modum corrupisse, atque adeo non quidem omnino Iudæum, sed Iudaico spiritu insigniter afflatum, adspiratum, & inspiratum fuisse. Quem Hunnij laborem, absit ut reprehendam. Non inanem operam cepit, cum Iudaizantem Caluini animum & stylum, in lucem extraxit, omnibusque ad commune spectaculum, imò & ad cautelam, proposuit.

Illud tantum doleo, Hunnium nobis non dedisse sua securi & ascia ad eundem habitum effectum & exasciatum Lutherum Iudaizantem; Quis enim hunc Hermam scitius & ingeniosius edolare potuisset, quàm Lutheranus Predicans Lutheri in suggestu & spiritu Witembergæ successor? Nec defuisset materia; nec applausus & approbatio lectorum: Et planè par erat, ut trabem Iudaicam, quam Hunnius in oculis Caluini viderat, in Lutheri oculis non dissimularet; sed vniversim omnes sue salutis amantes, tam à Iudaizante Caluino, quàm à Iudaizante Luthero cohortationibus suis absterreret.

An non enim Iudaicum factum est, exturbare

bare ex *Litanis*, hoc est, ex publicis & commu- Vide Tom. 2.  
Defens. Bel-  
larm. in praf-  
tione defen-  
sione.  
 nibus *Ecclesie* precibus, tritissimam illam &  
 omnibus *Orthodoxis Christianis* usitatissimam  
 precationem? **SANCTA TRINITAS  
 VNVS DEVS: MISERERE NO-  
 BIS.** At *Lutherus* exturbauit: Cur? Quia  
*Iudaizabat*: nam si *Iudeo truncandarum Li-  
 taniarum* prouincia demandaretur, haud, ni-  
 si fallor, ressecandi & amputandi exordium a-  
 liunde, quam ab hac ipsa sacrosancta Trinita-  
 tis inuocatione, sumeret. Utinam verò hac in-  
 res solus *Lutherus* *Iudaizasset*; & genium, seu  
 potius *Alastorem suum Iudaicum*, ad posteros  
 per traducem non transmisset? Quis enim  
*Pradicantium*, si *Lutheranas Litanias* vel  
 cantillet vel recitet, ausit dicere? **SANCTA  
 TRINITAS VNVS DEVS MI-  
 SERERE NOBIS.** At qua de caussa  
 non ausit, nisi quia spiritus, quo vegetatur, id  
 non sinit; Et quia hoc acroama in *Lutherano*  
 cœtu auditum tam est gratum *Lutheranis au-  
 ditoribus*, quam gratum esset, si in aliqua *Syna-  
 goga Iudaica* coram verpis decantaretur. Et  
 quamuis *Calvinus* hoc ipso itidem *Iudaico fer-  
 A 3 mento*

mento infectus fuerit, & precationem illam  
tanquam planè barbaram, Iudaicè reiecerit,  
Hunnius tamen hanc barbaram, hoc est, Iu-  
daicam censuram Caluino non obiecit; forsàn,  
quia metuit, ne quis è vestigio prosiliens occinc-  
ret: Vitium Iudaicum, quod de Caluino præ-  
dicas, in tuo Luthero, & in te ipso eximie  
heret.

An non Iudaizat; qui Latinam vocem  
Trinitas, & Germanicam Dreyfaltigkeit, sa-  
pius mordet & arrodit; & utranque subla-  
tam cupit? Vnde hoc Luthero desiderium? Cur  
dentes in receptissimas voces exserit? Quæ accu-  
satio vocabulorum, inquit Tertullian. in A-  
pologético, nisi si aut barbarum sonat aliqua  
vox nominis, aut infaustum, aut maledi-  
cum, aut impudicum? Cum ergo Lutherus  
vocabula illa accuset, oportet, ut ex dictis ali-  
quid auribus eius insonent, nec tamen tale quid  
insonarent, nisi aures Iudaizarent. Quod si cum  
Caluino horret Lutherus dicere: SANCTA  
TRINITAS; cum Græcis dicat: Sancta  
Trias: At forte Iudaizantibus tam placet  
Trias, quàm Trinitas.

An

Annon Iudaiſat, qui laudatiſſimam & Vide Defens. Bellarm. loc. cit. celebratiſſimam vocem ὁμοῖον appellat profanam, nouam, non ſacram; quique pectoris ſui in eam odium apertè profitetur? Si aliud iudicium ſuper ὁμοῖον dictione à Iudæo vel exſpectares vel expeteres, planè fruſtra eſſes. Idem prorsus iudicaret, quod Lutherus. Et cur idem, niſi quia idem eſt vtriuſque ſpiritus?

Annon Iudaiſat, qui inter nomina Chriſto Redemptori noſtro Iſaiæ IX. data, illud E.I., quod Deum designat, in aliud transformat; Et in nugaciſſimo quidem ſuo Commentario, virtutem; in Bibliorū autem verſione, nomen Krafft nobis repræſentat? Cur ò Heresiarcha, paruulo, qui natus eſt nobis, & filio, qui datus nobis, nomen Dei inuides? Cur Deū appellare refugis? Satis apertè, quis in pectore tuo habitat, patefacis. Si Iudæus quiſpiam in caput illud ſummi Vatis commentetur, an non ex tua, tanquam fratris, ſchola, paratum habet illuſtriſſimi huius loci vel eludendi vel declinandi effugiū? Nolo vel haberi vel videri aduocatus Caluini. Sit amē hunc Iſaiæ locū, more Lutheri tractaſſet, quas ampullas, quæ ſesquipeda-  
lia,



lis, imò tripedalia verba. Hunnius non eru-  
tasset? Quas Tartareas flammās, quae fulmi-  
na, quae fulgura, non euomisset?

Annon Iudaizat, qui ex Bibliis suis extru-  
sit locum illum Sacratissima Trinitatis clarif-  
simum, ut ita loquar, assertorem? 1. Ioann. 5.  
Tres sunt, qui testimonium dant in caelo,  
Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres  
vnum sunt. Horrificè inuehitur Hunnius in  
Caluinum, quòd hunc locum non ad unitatem  
essentiae, sed ad voluntatis consensum retulerit.  
Non excuso Caluinum, sed accuso Lutherum  
& Hunnium; illū, quòd aliquādo hunc locum  
in suis Bibliis Iudaicè prorsus obliterarit; hūc,  
quòd Iudaicum magistri sui facinus silentio  
velare voluerit, impetu in Caluinum facto; qui  
etsi locum Ioannis praua interpretatione cor-  
rupit; non tamen in spongiam incumbere iussit,  
ut fecit Lutherus. Quis autem is dicitur, qui  
illene, qui talia pro Trinitatis mysterio adstru-  
endo testimonia integra relinquit, licet peruer-  
sa explicatione aliorsum trahat; an ille, qui ea  
penitus ex lectorum oculis remouet, & ut assu-  
menta quaedam, procul à sacro textu ablegat?  
An

*Annon Iudaiſat ille, ex cuius doctrina & institutione prodierunt, qui clamoriffimis vocibus vociferabantur, omnes leges humanas penitus exterminari, & Mosaicam Legem in forum ac curias reuocari, & ex ea sola ius dici debere? Quae fanatica deliratio vsq; adeo inualuerat, ut utriusq; Iuris Doctorib. & omnib. Aduocatis praesentissimū perpetua egestatis periculum immineret, nisi quā primum relictis Pandectis, Codice & Nouellis Iustiniani, ad Mosaica iura discenda sese accingerent.*

*Vide Luther. Academicum cap. 12.*

*An non Iudaiſat, qui cum alibi, tum in Epistola ad suum in apostasia sodalem Langum hac scribere non erubuit. Mea sententia est, liberum esse iudicialia, sicut & ceremonialia Mofi seruare, sicut & Philippus in suis locis sentit. Poterit igitur, cui lubet, Mosaicam politiam instituere; poterit circumcidi; poterit Iudaica festa celebrare, & Sabbatum loco Dominica, vel una cum Dominica celebrare. uno verbo poterit cum Iudaeis Iudaeus fieri; quia haec omnia sunt libera; etiam ex Iudaico Iudaiſantis Philippi sensu, cuius Iudaismo suum Iudaismū Lutherus suffulcit.*

*Tom. 2. Lat. Epist. fol. 74. b.*

B

An

Vide Luth. A-  
cad. cap. 7.

*An non Iudaizat; qui Polygamiam, hoc est, coniugium plurium simul uxorum statuit, & aequè liberam affirmat, atque olim apud Hebraeos erat? quia, ut antea vidimus, omnia caeremonialia & iudicialia Mosis, libera sunt; ergo & Polygamia libera est; quia & illa aliquid de Mosaica politia est: quamuis, quod Lutherus ad Langum generatim de libertate Mosaicorum institutorum effudit, id de Polygamia in cap. 16. Genes. Tom. 4. Ien. Germ. & in Disputatione de Digamia Episcoporum Tom. 1. Lat. VViteb. disertè & speciatim asserat; ubi hæc Iudaica & Mahometana verba inuenies. Prohibitum non est; ut vir habeat plures uxores, quàm vnam. Et; Nota sunt iura Mosaica de fratre defuncti uxore, & de filia corrupta inuito patre, quæ cogunt plurium esse uxorum virum; Quæ non magis sunt abrogata, quàm reliqua omnia, id est, libera, nec prohibita, nec præcepta: nisi permissam illam pluralitatem (uxorum) prohiberi dixeris, quæ ex repudio venit. Hæc & alia huius generis de Polygamia Iudaizans Lutherus: quem Iudaicus*

daicus Spiritus eò perduxit, ut Lutherano  
 cuidam principi duas simul uxores libenter &  
 clementer concederet, hac tamen cautione, ut  
 prior duntaxat hæredes & successores in  
 principatu gigneret, posterioris verò liberi à  
 successione in prouinciis excluderentur; ut con-  
 stat ex libro Lutheri contra Henricum Ducem  
 Brunsvuicensem Tom. 7. Ien. Germ.

Deniq; annon Iudaiizat Lutherus, quando  
 Tom. 2. Epistolarũ Latinarũ de pœna furib. in-  
 fligenda à suo Spalatino rogatus, ita rescripsit. Fol. 204.  
 Pœnam furibus nemo statuit equius, quàm  
 is, qui creauit omnia, DEVS, qui populo  
 suo inter cæteras leges ciuiles, hanc sanxit  
 quoque, Exodi 22. Ut duplum, quadru-  
 plum, quintuplum redderetur à fure pro  
 qualitate furti; moreretur autem, si homi-  
 nem esset furatus; quod si non haberet, ipse  
 venderetur. Quam legem & Salomon in  
 Prouerbiis probat, vbi dicit, furem posse  
 substantiã vendita sese redimere, adulte-  
 rum verò animam perdere. Utinam hæc  
 lex reciperetur. Est certè quòd fures Iudai-  
 zanti

zanti *Luthero* pro benevolentia & pro tam insigni patrocinio ingentes gratias agant; cui si obtemperatum fuisset, iam laquei & furca securi, res alienas inuadere ac diripere possent.

Sed mitto nunc *Lutherum*: neque hac attigissem, nisi opera pretium fore duxissem; si ostenderem cuius in *Lutheri* chartis versato tam proclive esse *Lutherum* Iudaizantem procedere; quam promptum fuit *Hunnio* *Caluinum* Iudaizantem in scenam producere. Et erit forsitan, qui operis à me nunc tenuiter adumbrati lineas perficiat. Quod in presenti agitur, istud est. Collegi ex *Luthero*, *Caluino* & *Beza* præcipuè *Summulam* *Casuum* conscientiæ de *Sacramentis*: eam, cum sine clari viri præfixo nomine in publicum exire nollem, circumspicienti, occurrit R. P. T. Admodum Reuerende Domine Præposite. Occursum pro auspiciato habui, eoque magis, quòd iam pridem aliquid mearum lucubrationum Rhoram mittere decreueram. Decretum nunc exsequor. Causas memorare quid attinet? Plurimæ suppetunt siue Societatem nostram, siue  
me

me, siue R. P. V. spectem. *Supra vigesimum annum moderatur nunc R. P. V. Rhorensis cœnobij habenas. Ex quo tempore, qua benevolentia & humanitatis argumenta in homines ex Ordine nostro non edidit? Quæ charitatis officia, ubicunque occasio oblata est, intermisit? Iure parum memoris animi dica nobis scriberetur, non modò tunc si hæc in obliuionem venire sineremus; sed & tunc, si subinde grata voce non predicaremus.*

*Hoc eodem annorũ interuallo, ita presuit, ut Monasterium incolis, pietate, religiosa disciplina, literis ac eruditione, libris, schola, nouisque ædificiis, templum autem sacra supellectile, nouis altaribus, Musicorum instrumentorum nouo apparatu, totâ rituum ceremonia ad Romanam formam conformata, auxerit & exornarit, & quidem adeo ut iam longè alia, quam olim, rerum facies appareat; Mitto dicere, ex R. P. V. cœtu colonias petitas, missas & deductas nominatim ad S. Zenonem, & ad S. Magnum Ratisbonam. Deum precor, ut quod*

B 3

R.P.V.

R. P. V. agit, multos adhuc annos agat, id-  
que ope & intercessione sacratissima Virginis  
illius, in cuius honorem hoc diuino cultui  
dedicatum domicilium à primis conditoribus

Magno, Irmogarda, & Alberto ex-  
structum fuit. Ingolstadij XII. Ia-  
nuarij, Anno Redemptoris  
M. D. C. XI.


R. P. V. Seruus in Christo  
IACOBUS GRETSERVS,



LECTO.



## LECTORI.


*Um nuper post quinquennij cessationem ad publicam docendi functionem reuocatus essem, & ut iam rude potius donandus, quam nouo onere onerandus, relicta Scholastica Theologia, in qua docenda multos annos posueram, minus negotiosam Casuum Conscientiæ professionē accepissem, statim dispicere cœpi, qua ratione consequi possem, ut non tantum de Auditoribus meis in Auditorio, sed & de aliis, dum hoc stadium decurro, bene mererer. Et quia fortè fortuna accidit, ut is, cui in Cathedra succedebam, lampadem in Questionib. de Sacramentis mihi traderet, operæpretium me facturum existimaui, si de eodem argumento, ex Luthero, Caluino & Beza præcipuè, Summulam quandam Casuum conficerem, cuius consilij triplex suppetebat causa, quarū una, quòd viderem,*
  
*pluri-*



plurimas exstare Summas & Summulas; nullã autem ex tribus predictis concinnatam; cum tamen mundus hisce Cafistis nullos habuerit aut resolutiones, aut mirabiliores: Et forsã neq; habiturus sit. Nullus nodus tam innodatus est, quem non aut soluendo, aut secãdo aut rumpendo enodent. Nullus Angelus, nullus Sylvester, nullus Caietanus, multo minus Fumus, aut Tabiena, aut Rosella his aquam porrigat.

Altera caussa fuit meus in Prædicantes amor, quibus, ut alias semper, ita & hoc labore gratum facere studui, potissimum ruricolis & syluicolis, quos vasta Lutheri, Caluini & Beza volumina euoluere plerunque paupertas vetat, qua impediti de victu potius sibi & liberis comparando, quàm de libris mercandis cogitant. Hanc iacturam diligenti & assidua Summula huius lectione resarcire poterunt, notabili fructu; quod malo eos ipso usu & experimento, quàm mea prædicatione discere.

Denique ob Catholicos quoque hoc, quidquid est, opera, capere volui; & eorum enim interest nosse, qua leuitate & impietate Hæresiar-  
chæ

che isti, & qui illos sectantur; sacratissima Religionis Christiana mysteria & Symbola tractet. Quam profanè, quam ludicre, ne dicã, scenicè & histrionicè de iis scribant, & loquãtur; quãquã inconstanter modò hoc, modò illud, vacillantis & febricitantis sui cerebri phasma & phãtasma, imperitis pro puro puto Dei verbo, plũbum videlicet pro auro obryzo obtrudant.

Tu, mi Lector, lege, & tanta impietatis architectos totis viribus detestare; Et quoties sua placita ingerunt; tu & singulis sigillatim, & uniuersis uniuersim ingere & occine illud *Dungali*, antiqui scriptoris, contra *Claudium Taurinensem*. Qualis & quanta est insana elatio & vana temeritas, vt quod à primæuo tempore per annos fermè DCCCXX. (tot annierant vsque ad *Dungali* etatem; hodie propè alteri tanti) à sanctis & beatissimis Patribus, & religiosissimis postmodum Principib. ad gloriam & laudem DEI in Ecclesiis, & in quibuslibet Christianorum domibus fieri concessum, constitutum & iussum est, vnus homo blasphemare, reprehendere, conculcare, proiicere, ac sufflare

C

præ-

præsumat? quasi in tanto iam dicto spatio nullus sic sanctus, vel sapiens in Ecclesia DEI extitisset auctor; qui tam ardentissimum in corde suo zelum, vel subtilissimaŭ haberet intellectū, sicut iste, qui audet oppugnare, quod cæteri, quasi formidolosi, ausi non sunt: vel vituperare, quod alij esse vituperandum, quasi stulti non intellexerunt.

---

*APPROBATIO R. P. PROVINCIALIS.*

Hoc Opusculum ex Lutero, Caluino & Beza præcipuè, à P. Iacobo Gretsero collectum, & à deputatis ad id Patribus visum & approbatum, Ego THEODORICVS BVSÆVS Societatis IESV per superiorem Germaniam Prouincialis, potestate mihi facta ab admodum R. P. N. CLAVDIO AQUAVIVA Societatis IESV Præposito Generali typis mandari permitto. In cuius fidem hoc Auctori testimonium mea manu subscriptum & sigillo munitum dedi. Ingolstadij, Anno Christi M. DC. XLVIII. Ianuarij.

*THEODORVS BVSÆVS.*

ELE-

ELEGIA  
IN SVMMVLAM CASVVM CON-  
SCIENTIÆ LVTHERANÆ ET CAL-  
VINIANÆ.

*Ilion incesto cecidit sub iudice quondam,  
Contemta Hectoreas cum dea vertit opes.  
Astitit hinc Pallas, prisci soror inde Tonantis,  
Obtinuit medium tertia Diua locum.  
Quid Paris incipiat? Sua cui suffragia donet?  
Ista quidem sapiens est, ait, ista potens.  
At mihi prestantem promittit tertia formam,  
Efficiunt partes nomina terna duas. (ptas,  
Hinc Ratio inuitat, mentem trahit inde Volu-  
Pars magè delectat, pars magis vna iuuat.  
Quid faciã? Superat rationem saepe voluptas.  
I tu, tuq; tuas restibi Pallas habe.  
Tu cape poma, Paphi dea; nã, me iudice, vincis.  
Sitq; dati merces vxor Achina mei.  
Nec facies, nec mereliquarum iniuria terret,  
Si subeat Phrygiam femina Græca domum.  
Dixit, & iratas habuit pro munere diuas;  
Iudicij fructus magna ruina fuit.  
Pristina temporibus renouatur fabula nostris,  
Nunc quoq; iudicium tale Lutherus habet.  
Quisq; adhuc dubiis vult cõpromittere causis,  
Ille suis Paridem rebus habere potest.*

Arbiter hic omnes tentat decidere lites,  
Et facilis dubia regula legis erit.  
Ambiguos animi nodos euinculat; Et cum  
Se religare putat, Gordia vincula facit.  
Pinguia cum crassos intrat mendacia lumbos,  
Cuncta perinde ait, Et cuncta perinde negat.  
Ac quoniam hereticos vincit plerumque Voluptas,  
Plerumque, hoc Virtus iudice theta refert.  
Exilio Verum, letho damnatur Honestum,  
Inque suos dominos sceptrum Libido rapit.  
Dementit Ratio, perdit Sapiencia lumen,  
E stygio cæcus profilit amne Furor.  
Paucirite vident homines sibi quid sit agendum  
Ac trepidant dubio plurima corda metu.  
Utque agitat fluctus bellantibus Hadria ventis,  
Cum discordantes ripa coercet aquas:  
Sic ferus in populis doctrina fluctuat æstus,  
Quisque suum in tenebris vulnerat ipse caput.  
Noctuat ad lucem (non est veniabilis error)  
Qui poterat clarum semper habere diem.  
Denique succumbunt misero mortalia casu:  
Sola est consilij causa, Luthere, tui.  
Hinc tua iure queunt CASVS oracula vocari,  
Per que Mos, Pietas, omnia iura CADUNT.  
SVM-



S V M M V L A

CASVVM CON-  
SCIENTIÆ, DE SA-  
CRAMENTIS, EX LVTHERO,  
CALVINO, BEZA, &c. PRO PRÆ-  
DICANTIBVS LVTHERICANIS  
& Calvinianis.

DE SACRAMENTIS  
IN G E N E R E.



VÆRITVR primò, vtrum vox *Sacra-*  
*menti* retinenda sit? Ad hanc quæstionem  
negatiuè respondendum videtur, si pri-  
mos entusiasmos & paroxysmos hære-  
siarcharum nostræ ætatis intueri velimus.  
Nam Lutherus in Captiuitate sua Baby-  
lonica cap. de Matrimonio ita scribit: *Non habet vniuersa*  
*scriptura sancta hoc nomen SACRAMENTVM in ea signifi-*  
*catione, qua noster usus, sed in contraria: vbiq; enim significat,*  
*non signum rei sacræ, sed rem sacram, secretam & absconditam.*

Cum ergo, vt Lutherus alibi non semel docuit, præ-  
fertim libro contra Latomum, vocabulis, quæ in scri-  
pturis non exstant, vtendum non sit; planè sequitur, sa-  
cramenti nomen vsurpari non debere, cum ea notione,  
A. qua

qua à nobis vsurpatur, à sacris literis absit; hanc etenim regulam secutus Missam *sacrificium* appellandam negavit, quòd in scripturis non vocetur sacrificium. Quam Lutheri mentem intelligens Melanchthon *sacramenta* nominavit *signa* seu *sphragidas*, hoc est, *sigilla*, in Locis editis Argentorati Anno 1523. Et totum illud caput suum non inscripsit de *sacramentis*; sed de *signis*. Carolstadius libro de imaginibus ex professò pugnat contra nomen *Sacramenti*. Zuuinglius item libro de *vera & falsa religione*, apertè hoc nomen reprehendit: & tandem adiungit: *Vocem istam Sacramentum magnopere cuperem Germanis nūquam fuisse receptam, nisi germanè (hoc est, Zuuingliane) esset accepta.* Et causam huius sui desiderij reddit: *Cum enim hanc vocem SACRAMENTVM audiunt, iam aliquid magnum sanctumq; intelligunt, quod vi sua à peccato liberet.* Odit ergo Zuuinglius hoc nomen, quia audientium animis veritatem nimis perspicuè repræsentedabat, & eo ipso Zuuinglianam vanitatē refellebat. Tricatur etiam nescio quid Calvinus de nomine Sacramenti lib. 4. Institut. cap. 14. §. 13.

Vide Murices  
Pradicant,  
cap. 8.

*Antipharmacum ex Beza quest. I.  
de Sacramentis.*

*N I H I L* prohibet, quo minus docendi gratia, voces aliquas vsurpemus extra Dei verbum, modò ne temerè id faciamus, aut in ipsa doctrina Prophetica & Apostolica vel tantillum innouemus.

*Antipharmacum ex Luthero libro contra  
caelestes Prophetas parte 2.*

*D I C I T* Carolstadius, Christum & Apostolos non appellasse *Cenam Sacramentum*, velle se habere nomen ex Bibliis:  
Deum

Deum imponere ſuis creaturis nomina; nos, qui homines ſumus, non debere indere nomina rebus diuinis. Et infrà: Agè animicida, tu & ſpiritus peccati, ſatemur quidem Deum non dixiſſe Sacramentum, nec praecepiſſe, vt Sacramentũ diceretur; ſed dic nobis contrà, vbi prohibuit Sacramentum dici? Quis ergò tibi dedit poteſtatem prohibendi, quod Deus non prohibet? An non eſt verus animicida, qui ſe ponit loco Dei ſuper nos, & aufert noſtram libertatem? Ac deinde aſſerit, & probat, licere vti hoc nomine, imò & oportere vti. Quæ omnia non magis contra Carolſtadium pugnant & Zuuinglium, quàm contra ipſum Lutherum, à quo illi contemptum huius nominis didicerant.

*Antipharmacum ex Hunnio Tract.  
de Sacramentis in genere.*

QVOD vocabulum Sacramenti in ſcriptura, baptiſmo vel cœnæ non tribuitur, hoc nihil derogat rei; nam nec vox Trinitatis, perſonæ, diuinitus, vniõnis hypſtatica, Communionis Idiomatum, atque alia ferè innumera, quarum in Articulorum explicatione uſus eſt, totidem reperiuntur literis aut ſyllabis in ſcriptura; atque nihilominus, quia res in Dei verbo fundata eſt, rectè ac meritò iis ad declaranda regni caeſtis myſteria vititur Eccleſia. Sic quoq; vox Sacramenti, ad rei, quæ ſacris literis traditur, explicationem valdè eſt accommodata & appoſita. Itaque licet nec Circumciſionis Sacramentum, nec Agni Paſchalis ritus, nec Baptiſmi actio, nec Cœna Eucharistica myſterium alibi in ſcripturis diſerta voce appelletur Sacramentũ; nobis tamen ſatis, quod hæc caremonia, ritus & actiones myſtica reipſa ſic comparata ſunt, vt Sacramenti nomen atq; deſinitio in eas maximè quadret.



Quæritur II. Quid sit Sacramentum? Ad hanc quæstionem breuiter nihil responderi potest, quæ tot esse definitiones quot capita; vt te docebunt Sectariorum scripta; nominatim illa, quæ lib. 1. de Theologia Calvinistarum ex variis Nouatoribus comportauit Schlüsselburgius. Lege Bellarminum lib. 1. de Sacramentis in Genere cap. 14. Hunc labyrinthum in præsentem intrare non lubet.

Quæritur III. Quot sint Sacramenta? Respondet Lutherus in Captiuitate Babylonica, capite de Eucharistia: *Mihi neganda sunt principio septem sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda.* Dicit pro tempore; quia vtrū tria retenturus esset, nondum firmiter constituerat.

Quæritur IV. Quæ nam sint tria illa sacramenta, quæ Lutherus pro tempore statuerit. Respondeo, esse *baptismum, panem, pœnitentiam.*

Quæritur V. Quandiu iste ternarius sacramentorum numerus pro tempore durauerit. Respondeo, vix eo vsq; donec dixit, sibi pro tempore tria tantum sacramenta esse ponenda: nam statim subiunxit: *Quanquam si vsu scripturæ loqui velim, non nisi unum sacramentum habeam, & tria signa sacramentalia.* Ergo scripturæ vel, vt rectius loquar, phantasia sue phrasin & vestigia sequendo, Lutherus vnū dumtaxat sacramentum agnouit.

Quæritur VI. An Lutherus interdum duo tantum statuerit sacramenta, idque pro tempore. Respondetur affirmatiuè; nam in libro ad Waldenses de Eucharistia tom. 2. Ien. Germ. disertè scribit: *Scripturam tantum duo sacramenta nosse, Baptismum videlicet & Eucharistiam.* In qua sententia Calvinistæ omnes constanter persistunt.

Quæritur VII. Quid Philippus tam fidus Lutheri parastata de numero Sacramentorum senserit. Respondeo, hoc indicare hæc eius verba in Locis, Anno 1523.

Argen-

Argentorati excuſis, cap. de ſignis. Duo ſunt ſigna (ſacramenta) à Chriſto in Euangelio inſtituta; baptiſmus, & participatio menſæ Domini.

Quæritur VIII. Vtrum Philippus in hac ſententia perſtiterit. Reſpondeo; Nequaquam. In Locis enim Corpori Doctrinæ inſertis ita ſcribit: *Cum vocabulum ſacramenti de ceremoniis intelligitur inſtitutis in prædicatione Chriſti; numerentur hæc ſacramenta. Baptiſmus, Cæna, Abſolutio, &c. Mihi maximè placet etiam addi Ordinationem, id eſt, vocationem ad miniſterium Euangelij, & publicam eius vocationis approbationem.* Edit. Lips. 1560.

Quæritur IX. Num Philippus abſque vlla mutatione in hac ſua opinione perſeuerauerit. Reſpondetur negatiuè. Nam contra Articulos Bauaricæ Inquiſitionis ita ſcribit: *Cum ſacramenta nominentur actiones à Deo inſtituta, &c. affirmo hæc duo, baptiſmum & cænam Domini eſſe ſacramenta, ſi quis etiam abſolutionem vult nominare ſacramentum, non repugno. Bene facis, alioqui tibi ipſe repugnare.*

Alij ex Lutheri & Philippi Schola Prædicantes hodierno adhuc die inter ſe de numero ſacramentorum litigant: alijs duo, alijs tria; alijs quaterna ſacramenta ſtauentibus. Hunnius Tract. de Sacramentis breuiter duo ponit cum Calviniſtis, *Baptiſmum & Cænam*: memor nimirum Hunnius fuit tritiilius; *Quod poteſt fieri per pauciora, non debet fieri per plura*: præſertim cum ipſe Lutherus vnum ſolum modo ſacramentum agnouerit, ſi quis ſcripturæ phraſin ad viuum reſecare, & præſè premere velit.

Quæritur X. Vtrum ſacramenta conferant gratiam. Reſpondet Lutherus in Articulo ſuo primo: *Heretica eſt, ſed uſitata ſententia, ſacramenta noua legis dare gratiam illis, qui non ponunt Obicem.*

*Antipharmacum.*

Ut alibi, ita & in effectibus sacramentorum Lutherus versatilem Vertumnum egit; nam aliquando docuit sacramenta nouæ legis nō habere vllam efficientiam respectu gratiæ, sed esse nuda signa; mediatè tamen aliquid efficere, nempe quatenus excitant vel alunt fidem, quæ homines iustificat. Postea videri voluit Lutherus ab hac sententia recessisse; & recessit, si verba spectes; non recessit, si mentem. nam in Homilia de Baptismo tom. 7. lat. Witeberg ita scribit: *Ad hoc institutus est baptismus, ut nobis seruiat, nobis proficit, nobis donet, nō aliquid carnale, vel corporale, sed aternam gratiam, aternā munditiam & sanctitatē, aternam vitam.* Verba hic admodum orthodoxa audis, & quæ articulum illum funditus prosternant. Sed lateat anguis in herba: nam hæc omnia à baptismo, nō nisi mediatè proficisci voluit, ratione scilicet fidei à baptismo excitatæ vel alitæ. Vide Bellarminū lib. 2. de Sacramentis in genere cap. 2. 3. & aliquot seqq. vbi sectariorū de sacramentorum effectibus deliramenta copiosissimè refellit.

Quæritur XI. Quid Zuuinglius de effectis sacramentorum sentiat. Respondeo, hoc satis superque intelligi ex libro eius *de vera & falsa religione*, cap. de Sacramentis, vbi ita scribit: *Sunt sacramenta signa vel caremonia, pax tamen omnium dicam, siue Neotericorum siue veterum; quibus se homo Ecclesie probat aut Candidatum aut militem esse Christi, redduntq; Ecclesiam totam potius certiozem de tua fide, quam te.*

*Anti-*

*Antipharmacum ex Locis Philippi.  
tit. de Sacramentis.*

**HOMINES** profani (id est Zuuinglius & Zuuingliani) cogitant sacramenta esse signa professionis, qua discernant à ceteris hominibus nos, qui quasi huic fœderi adiuncti sumus, ut discernebat Romanum toga ab aliarum nationum hominibus, seu esse signa quorundam officiorum erga homines. Profanus ergo est Zuuinglius, quia hoc disertè docet, ut iam vidimus.

Quæritur XII. In quo prædicamento ponatur sacramentum. Respondeo, Hunnium Tract. de Sacramentis in genere, tria Prædicamēta, quasi domicilia, sacramentis, assignare; primò & primariò, Prædicamentum *Actionis*. II. Prædicamentum *Substantia*. III. Prædicamentum *æçs π*, seu *Relationis*. Ego nihil addo, sed Logicis committo, ut dispiciant, num tria prædicta prædicamenta hoc nouo inquilino augere velint.

DE BAPTISMO.



**VERITVR I.** Quæ sit notio seu etymologia huius vocabuli *Baptismus*. Respondet Lutherus: *Nomen, Baptismus Græcum est, Latine potest verti mersio, cum immergimus aliquid in aquam, ut totum tegatur aqua. Et quamuis ille mos (immergendi) iam aboleuerit apud plerosque (neg, enim totos demergunt pueros, sed tantum paucula aqua perfundunt) debebant tamen prorsus immergi & statim retrahi, id enim etymologia nominis postulare videtur. Et Germani quoq, baptismum Tauff / vocant, à profunditate, quam tieff / illi sua lingua vocant, quod pro-*

*Luth. hom. de baptismo tom. 1. lat. VViteb. Eadem ferè habet Lutherus, lib. de Captiuit. Babyl. tom. 2. lat. VViteb. fol. 75. edit. 1562.*

profundè demergi conueniat eos, qui baptizantur. Et sanè, si spectes quid baptismus significet, idem requiri videbis. Hoc enim significat, ut vetus homo & natiuitas nostra plena peccatis, quæ ex carne & sanguine constat, tota per diuinam gratiam demergatur. Debat igitur modus baptizandi respondere significationi Baptismi, ut certum ac plenum eius ederet signum.

### Antipharmacum.

Tom. 7. latino.  
Viteb. fol. 378.

VIDETVR *Cassia* noster velle immersionem ad baptismum esse simpliciter necessariam. Sed Lutherus opponimus Lutherum, qui homilia secunda de Baptismo ita scribit: *Vides baptizandum aquis immergi aut perfundi. Hic scio eum baptismum verum esse baptismum.* Verus igitur baptismus sine immersione, cum perfusione seu affusione, seu aspersione aquæ verè potest subsistere. Non est igitur verum, quod Lutherus ait, *baptismum ex vi Ety- mi seu notationis suæ* requirere immersionem; nam *Bæmli* seu significat etiam *lauare & tingere*; lotio autem & tinctio absque immersione; sola perfusione seu aspersione perfici potest, ut patet experientia; quia & manus, & caput, & alia membra quis tingere, & lauare potest absque vlla in aquam immersione; sed sola affusione seu aspersione. Neque Germanicum vocabulum aduersatur, nam vulgari cõsuetudine dicimus: *Man hat ihn redlich taufft. Er ist dapffer taufft worden:* hoc est, egregiè baptizatus est; qui loquendi modus etiam tunc obtinet; cum quis non est immersus, sed vel perfusus, vel etiam imbribus ex sublimi lapsis, probè madefactus.

Neque baptismi significatio repugnat, ut sibi Lutherus persuadet; quæ alia non est, quàm ut peccata nostra ablui & penitus elui indicentur; abluuntur autem & eluuntur.

eluantur non ſola immerſione, ſed & aquæ infuſione & aſperſione. Quocirca baptiſmus generatim peccati ablutionē ſignificat, ſiue ea fiat per immerſionem, ſiue per ablutionem.

At nūc audiat *Caiſta* noſter Beza, & ab illo patienter, quæ neſcit, diſcat. Nam in Quæſtionibus & Reſponſionibus de Sacramentis, quæſt. 152. obiicit ſibi Beza. *At Dei verbum immerſionem videtur requirere* (in baptiſmo) *Reſpondet Beza. Fateor hoc declarare nomen ipſum baptiſmi præciſa ſignificatione acceptum:* (erras, Beza, quia τὸ βαπτίζω generali notione lotionem, ſeu ablutionem ſeu tinctionem ſignificat, ſiue fiat per immerſionem, ſiue per aſperſionem & affuſionem.) *neque mirum eſt in adultis hoc fuiſſe obſeruatum, præſertim in Iudea, & calidis illis regionibus, in quibus id fieri nullo valetudinis periculo potuit. Sed ſpectādum ipſum Baptiſmi ſcopum arbitror, quem etiam ſimplici aſperſione aqua, perfuſis infantibus, retineri conſtat, quemadmodum in legalibus purificationibus (quibus noſter quoque Baptiſmus adumbratus eſt) aſperſio ſufficiebat: neq; magnopere laborandum, multane an pauca aqua totum corpus mergatur, an caput duntaxat aſpergatur.*

Idem Beza in Epistoſta ad Thomam Tiliū, quæ eſt ſecunda inter Epistoſtas Bezae ita Lutherum, refellit: *Iuſſit Chriſtus nos baptizari, quo verbo certum eſt ſignificari immerſionem* (vbi hoc eſt certum? In Gymnaſio & Lexico Bezae. Nam, vt antea dictum, τὸ βαπτίζω generale eſt ad ablutionem per immerſionem.) *Num igitur malè baptizantur, qui aqua tantum iniecta aſperguntur? Imò quod eſt in illa actione merè ſubſtantiale (nempe aqua ablutio) rectè obſeruatum eſt ab Eccleſia. Immeritò verò pro atatis & regionum conditione, vel retenta eſt, vel in ſimplicem aſperſionem nulla cura baptiſmi imminutione quodammodo commutata.*

B

Quæ-

*Tit. de Baptif-  
mo, & in Col-  
loq. Lat. tom. 2.  
fol. 130. b. edit.  
Francof. in 8.*

Quæritur II. Quæ sit materia Baptismi. Respondet Lutherus in Colloquiis Germanicis. *Quidquid dici potest balneum, id etiam seruire & aptum esse ad baptismum.* Ex quo ineuitabiliter sequitur, baptismum, ex Lutheri sententia, administrari posse, si desit aqua in vino, cereuisia, mulso, lacte, sanguine, & id genus aliis, quia ex his omnib<sup>9</sup> potest balneum confici.

*Est epist. 2. Be-  
za, & tom. 3. Ope-  
rum Theolog.*

Luthero succinit Beza epistola ad Thomam Tiliam. *Desit aqua, inquit Beza, & tamen baptismus alicuius differri cum adificatione non possit, nec debeat, ego certè quouis alio liquore (ergo etiam vino, mulso, lacte, & quod dictu turpe, lotio) non minus ritè quàm aqua baptizari. Nec aliter de his rebus ipsi etiam supersticiosissimi scholastici scriptores censuerunt. Mendacium impudens cum insigni calumnia.*

### *Antipharmacum ex Luthero.*

*Tom. 7. Lat.  
VVeib. fol. 350.  
a. edit. 1557.*

NON iniuria interrogas; num verum sit quod Lutherus & Beza præcedente quæstiuncula docuerunt. Respondet Lutherus, non esse verum: ita enim scribit homilia de baptismo: *Si aliud quidpiam adhiberes, quàm eam creaturam, quam expressit & adhiberi iussit Deus, (hoc est, præter aquam) etiamsi illa verba recitabis, quæ iussit recitari, videlicet, baptizo te in nomine Patris, &c. tamen non baptizares, sed Deo illuderes, & sacramentum ignominia contumeliæ afficeres; (illudunt igitur Deo Lutherus & Beza, & sacramentum ignominia afficiunt, cum docent, quemlibet alium liquorem, deficiente aqua, adhiberi posse) nam institutum & mandatum Dei per quod creatura (nempe aqua) nominatim expressa est, temerè & contumaciter contemnis ac negligis, &c. Hoc non ipse excogitavi, somniaui, finxi, aut elegi, nec ex propria intentione proprioque consilio institui aut incepti, sed*

ſed Deus hoc mihi mandauit, ut eam creaturam, eaq; verba ſumerem, iſq; ad eum modum vterer, ſicuti hic Baptiſino probare poſſumus, quod nobis mandatum det, iubeatq; baptizare, hoc eſt, hominem aqua immergere; & verba hæc: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti addere. Hunc aqua baptiſmum nec ego, nec quiſquam hominum ipſe elegit, aut inſtituit, ſicuti incantatores, &c. nec verba mihi ipſe ſinxi, aut propria deuotione pronunciaui, ſed vtrumque tam aqua quàm verbum diſertè & clarè nominata mihi & indicata ſunt, eiſq; mandato comprehenſa, ſepta & munita. In nulla etenim re, quantumuis minuta & exigua quidquam proprio conſilio, deuotione aut intentione, quocunq; tandem nomine vocetur aut modo id fiat, vult à nobis ſuſcipi aut tentari, nec ſecum vlllo modo agi quidquam citra ſuum verbum & certum apertumque mandatum: multo minus id ferre vult aut poteſt, in his ſummis rebus, qua propriè Dei opera ſunt, in quibus nos nihil omninò quicquam præſtamus aut facimus. Ob id totum comprehendit & includit ſuo mandato, & ut certò omnia ſciremus, tam diligenter omnia adminiſtrat & tam attentè munit omnia, ut ſingulas partes ſuis nominibus nuncupet & clarè exprimat, qualia ſigna, aut quas creaturas velit, formamq; ipſe præſcribit, quomodo verba ea ſonare debeant, ut illa ipſa ſigna, nec alia; illa ipſa verba, nec alia; hic adhibeantur. Sic enim mandauit Deus ipſe, ut creatura hæc, videlicet aqua adhiberetur, & ut verba ipſius nomine pronunciaſentur. Cum itaq; vtrunq; hoc fit iuxta ipſius mādātum; ( hoc eſt cum aqua & verba à Chriſto præſcripta adhibentur ) tum & dicitur, & eſt citra omnem controuerſiam ipſiſſimus & verus baptiſmus.

Hæc non malè Lutherus contra ſua & Bezæ deliria. Diſertus tamen in alio ſermone de baptiſmo, qui extat in eodem tom. 7. Witeberg. *Ut maximè ſit impius & incredulus ( qui baptizat ) nihil de baptiſmo hinc vel accedit vel* Fol. 377. a.



decedit, &c. attamen si modò institutionem Christi seruauerit, nec VINO, CEREVISIA, LIXIUIO aut alia quapiam re liquida, sed AQVIS, addito Dei verbo, baptizauerit, tum uocatur & est verus & sacrosanctus baptismus: siquidem hic omnia adsunt, quæ ad substantiam & perfectionem baptismi pertinent; uidelicet AQVA NATURALIS, uerbum, hoc est, forma, & institutio aut mandatum Dei.

### Antipharmacum ex Hunnio.

HVNNIUS cap. 10. de baptismo, quærit, num liceat aqua deficiente baptizare alio liquore. Respondet: Minimè, nam pertinet aqua ad baptismi substantiam, &c. Idcirco, si quis uteretur uino, lacte, &c. peccaret in institutionem Christi, & abuteretur nomine sacrosanctæ Trinitatis, copulando id cum eiusmodi elemento, cum quo per nullum Dei uerbum hoc modo esset copulatum; & quia talis ablutio quæ uino, lacte, alio uel liquore ab aqua substantia ratione diuerso fieret, destitueretur omni uerbo Dei, &c.

Luth. in Capti-  
uit. Babylon.

Quæritur III. Quæ sit forma Baptismi. Respondet Lutherus: Quocumque modo tradatur baptismus, modo non in nomine hominis, sed in nomine Domini tradatur, uerè saluum facit. Imò non dubitem, si quis in nomine Domini suscipiat, etiam si impius minister non det in nomine Domini, uerè baptizatum esse in nomine Domini. Non enim in conferetis tantum, quantum in suscipientis fide uel usu, sita est uirtus baptismi. Quo cessat illa otiosa contentio, qua de forma baptismi (quam appellant ipsa uerba) litigant; Græcis dicentibus; Baptizetur seruus Christi: Latinis; Ego baptizo. Item alij, rigidissimè nugantes, damnant sic dici; Ego baptizo te in nomine Iesu Christi: quo ritu certum est Apostolos baptizasse, ut in Actis Apostolicis legimus, uolunt quæ nullam aliam deinceps ualere, quam istam;  
Ego

Ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. Sed fruſtra contendunt; nihil enim probant, ſed ſomnia duntaxat aſſerunt.

Ex hac Iſlebici Caſiſta doctrina ſequitur, nihil referre, quibuſcunq; verbis Miniſter in Baptiſmo vtatur; ſufficere, ſi, qui accipit baptiſma, id in nomine Domini accipiat; etiam ſi Miniſter illud in nomine hominis conferat.

Concinit Luthero Zuuinglius: qui in libro de vera Tom. 2. Opera Zuuinglij. Religione non vetat, quo minus quis, dum baptiſmũ conferat, vtatur illis verbis: Ego te baptizo in nomine Patris, &c. Sed tamen aperte docet, non eſſe vllam certam formam baptiſmi; ſed poſſe quamlibet aliam adhiberi, quæ ſignificet, nos per baptiſmum, Patri, Filio & Spiritui ſancto conſecrari & dedicari.

Idem Zuuinglius libro de baptiſmo hoc longè clariuſ docet. Ait enim: *Baptizare in nomen Patris & Filij & Spiritus ſancti eſt, eos Deo Patri, Filio, & ſancto Spiritui ini-  
ziare, conſecrare & obſtringere*, qui priuſ hinc inde diſperſi, tanquam oues, paſtore, id eſt, Deo deſtituti errabant. Nolo autem hac ita accipi, vt communem illam, & iam diu in Eccleſiis uſurpatam baptizandi formulam vel damnem, vel reiiciam, qua in nomine Patris, Filij & Spiritus ſancti ferè omnes baptizare conſueuerunt. (Etiſi non damnas directè, damnas tamen oblique & per ambages; dum doces; baptiſmum valere; licet quis verba à Chriſto præſcripta nõ adhibeat. Iam perge.)

Interim tamè veritatem ſilentiopraeterire nec poſſum nec debeo. Chriſtus Ieſus baptiſmi formulam, qua vteremur, hiſ verbis non inſtituit, quemadmodũ Theologi hæcenus falſò tradiderunt. Quod ipſum Apoſtolorum exemplo facile probari po-  
teſt. Hi enim horum verborum formula inter baptizandum

Contra has  
Zuuinglij ca-  
lumnias lege  
Bellarm. lib. de  
Baptismo c. 3.

vsus non sunt, sed in nomen Iesu ipsos baptizauisse, illorum Acta cap. 10. & 19. testantur. Torfit autem ea res adeo Theologastros illos, ut ignorarint planè, quò se verterent. Omnis autem erroris huiusmodi fons & origo fuit; quod hac Christi verba formam esse vellent, quam inter baptizandum Apostoli & illorum successores adhiberent: cum tamen Christus hoc loco aliud agens hoc unum precipiat, ut tam doctrina, quam externo signo baptismi uni solique Deo, Patri nimirum, Filio & sancto Spiritus omnes gentes adducantur, & huic uni certa fide adstricti uiuant. Quapropter cum hac verba veluti formulam quandam à Christo praescriptam esse falso arbitrarentur, nunquam sese ex discipulorum facto, qui in nomen Iesu baptizarunt, extricare potuerunt. Discipuli enim alia formula, quam Christus (ut ipsis videbatur) praecepisset, baptismum conferebant. Multas ergo & nouas mirasq; ambages commenti sunt, quibus discipulorum factum defendere & excusare possent, ne Christo contrarij fuisse crederentur.

Infra idem Zuuinglius: Facile patebit Christum non hoc voluisse, ut huiusmodi verborum formula inter baptizandum vsi dicant, Baptizate in nomine Patris, &c. quasi verò istorum verborum pronuntiatio peccata abluere possit; quin potius illud significauit, ut quotquot Baptismi signum recipiunt, in nomen, id est, in potentiam, maiestatem & obedientiam Patris & Filij & Spiritus sancti inaugurentur. Si enim hisce verbis certam baptizandi formulam (quemadmodum Theologistae asserunt) praescripsisset, non parui certè criminis reos esse dicemus Apostolos, quos nusquam hac vsos esse legimus, quin potius in nomē Iesu baptizauisse, ut superius quoq; à nobis annotatum est. In-terim verò communem baptizandi formulam: qua ab Ecclesia recepta est non reuicimus.

Ex quibus omnibus manifestum euadit, Zuuinglio ad legitimum baptismum satis esse, quibuscunq; Mini-ster

ſter in Baptiſmo adminiſtrando verbis vtatur, dummodo vtatur illis, quæ indicent eum, qui baptizatur, Patri, Filio & Spiritui ſancto initiari & inaugurarî.

Neq; ab hac ſententia abit Lutheranus Brētius, qui in Catechiſmo ſuo capite de Baptiſmo affirmat; verum eſſe baptiſmū, ſi Miniſter poſt recitatum à Catechumeno ſymbolum fidei, ita diceret: *Audiui iam ex te confeſſionem fidei tuæ, quod credas in Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum; in hanc igitur confeſſionem intingo te in aquâ, vt hoc ſignaculo certus ſis, te eſſe inſertū Chriſto: vade in pace.*

### *Antipharmacum ex Luthero.*

Hic iterum meritò quis ſciſcitetur, num vera ſint, quæ Lutherus, Zuuinglius, Brentius de Forma Baptiſmi ſcriptis mandarunt. Hunc ſcrupulum eximet nobis Lutherus; qui in Homilia de Baptiſmo Tom. 7. Lat. Witteb. ſe & ſuos ſynergos clariffimè hiſce verbis refellit: *Si infantem tingeres aqua, nec adderes ipſa baptiſmi verba (illa videlicet, ego te baptizo in nomine Patris, &c.) ſed pronunciaris vel orationem Dominicam, aut alia quadam verba è literis ſacris, ea tinctio non eſſet verus Baptiſmus; nec ſatis eſſet, ſi diceres; cur non eſſet verus Baptiſmus? An nō hic eſt aqua, an non eſt & Verbum Dei? Hic pretextus te nihil excuſaret. De eſt enim pars tertia, videlicet mandatum. Non enim mandauit Deus vt baptizaturus alia verba, quantumuis ſacra, pronunciaris, quàm quæ ipſe præformauit. Itaq; neq; verba (hoc eſt, neq; formam) neq; creaturas (hoc eſt, neq; materiam) tu eliges aut præformabis, nec quidquam ex propria deuotione, proprio conſilio, propria intentione tua, facies aut ſuſcipies, ſed illius mandatum & inſtitutio, tam verba quàm creaturas tibi præſcribet & præſcribet, eaque tibi nullo modo aut mutanda aut corrumpenda, ſed ſanctè & religioſè obſeruanda & retinenda ſunt.*

sunt, &c. Et ut maximè dicas, esse bonam Dei creaturam, & verum sanctumque Dei verbum ac nomen, quovteris, tamen nihil est prorsus, nec id quidquam valebit, nihilque proderit. Non enim Dei mandatum & obedientia ibi vera est, sed propria tua temeritas & libido, scelestaq; inobedientia, satanaeque opus, & servitus.

### *Antipharmacum ex Beza.*

Quaest. 155.

PORRIGAMVS Zuuinglio antidotum ex Beza, qui in Quaestionibus de Baptismo hanc quaestionem ponit. Ergone cogitur praecisè minister uti formula à Christo praecipita? Respondet Beza: Nulla certè iusta causa possit incidere, qua mutationem aliquam in tam paucis verbis possit excusare, quibus integrum illud mysterium diuinitatis declaratur. Quid si quis igitur pro Patre genitorem, pro Filio genitum, pro Spiritu sancto procedentem diceret? Quasi pro tribus personis distinctis, Trinitatem nominaret? Respondet Beza: Quorsum ista, quaeso? Iussit Dominus in hoc mysterio non proprietates personales, sed ipsas personas, easq; distinctè innocari. Aliam igitur affectatam formulam pro legitima nūquam admiserim. Audiatur hæc Zuuinglius.

Multo minus igitur admitteres detractionem alicuius Personae, vel additionem hæreticam, veluti si quis Patrem maiorem, Filium minorem, Spiritum sanctum à solo Patre procedentem diceret. Respondet Beza; Rectè sentis. Nec enim hic esset Ecclesiae Christi Baptismus.

### *Antipharmacum ex Hunnio.*

HVNNIVS de Baptismo cap. 10. Diximus, quod loci eius forma, quam Christus mandauit, non debeat usurpari forma alia, ne quidem sensu æquiualens; non quòd substantia derogetur aliquid, sed quia Christus sui mandati suas habet nouitq; causas, ob quas explicite velit in baptismo singulas Deitatis personas exprimi.

De

## De Ministro Baptismi.

QVÆRITVR IV. Num valeat baptismus in necessitate à muliere collatus infanti. Respondet in colloquiis symposiacis Lutherus, *valere*, hac tamen lege, *Tit de baptif. si mater ut minimum, duas vel tres alias mulieres aduocandas curet, quæ de baptismo collato testimonium coram Ecclesia perhibeant: quia in ore duorum vel trium testium, stat omne verbum.*

## Antipharmacum.

BAPTISMI valor non pendet à præsentia vel absentia testium; sed à voluntate & institutione Christi: neque enim dixit Christus: *Baptizantes eos præsentibus testibus in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti*; nam testium nullam penitus mentionem fecit.

Quæritur V. Num valeat Baptismus, si nemo testium interfit, sed sola mater vel alia quæcunque mulier infantem baptizet. Respondet Lutherus in colloquiis mensalibus. *Si mortis periculum infanti impendeat, neque tempus sinat, ut testes aduocentur, infantem à matre baptizari debere; neque de veritate baptismi, vel de salute infantis, si moriatur, dubitandum esse.* Rectè hæc Lutherus; nam ut baptismus validè conferatur, non eget vllius alterius testimonio. Sed iam

Quæritur VI. Quid faciendum, si infans hoc modo clam baptizatus superuiuat. Respondet Lutherus: *Nullum verbum mater de huiusmodi baptismo infanti collato facere debet: sed penitus silere: & postea infantem, Christiano more & ritu ad baptisma publicum adferre, ut baptizetur.*

*Idem delirium tradit Hunnius, de baptismo cap. 13.*

*Antipharmacum.*

VERVM hoc nihil aliud est, quàm rebaptizationem seu Anabaptismum apertè comprobare. Nam mater vel obstetrix, vel alia mulier, quæ sola infantem baptizauit, scit hunc infantem validè & legitimè esse baptizatum; fatetur enim Lutherus, baptismum à sola etiam matre, vel alia persona, in seipsis omnibus aliis, collatum, esse validum & legitimum. Quæ igitur intemperix hunc *Cassiam* agitant, vt infantem à matre, quæ certò scit, eum esse legitimè baptizatum; ad baptismum, vel potius Anabaptismum, publicè deferri iubeat? An non operam meam ad Anabaptismum confero, si eum baptizandum curem; quem iam legitimè baptizatum esse, pro certo compertum habeo? Nam, quod Lutherus de infantibus exposititiis oggerit, friuolū est: Isti enim non baptizantur absolutè, sed sub conditione: *Si non es baptizatus, tunc ego te baptizo, &c.* Et in eo casu, quo nullus plane est testis, qui de talium Baptismo testimonium reddere possit. At iste infans, de quo Lutherus loquitur, non baptizatur sub conditione, sed absolutè, nec deest testis, qui de eius legitimo baptismo testari queat: sed adest mater; quæ palam fateretur infantem esse à se legitimè baptizatum, nisi ei Lutherus silentium imposuisset.

Quæritur VII. quid Calviniani sentiant de baptismo priuatim collato à priuatis, vel ministerio Verbi non fungentibus. Personis, (hoc est, ab illis, qui non sunt Calviniani Prædicantes) Administrato. Respondet Beza in Quæst. & Responſionibus de baptismo; non pluris faciendum, quàm id, quod Regis vel Reipublice nomine priuatus quispiam pro libito gereret, aut quàm sigillum ad publici imitationem à priuato quoſpiam effictum, & cuiſpiam instrumento appensum; aut quàm fabule. Eadem

Eadem Calvinus lib. 4. Institut. cap. 15. sect. 20. & passim in suis Epistolis, ut Epist. 326. *Nemo priuatus baptis-  
mū legitimus est Minister, &c. Adulterinum baptismum cense-  
mus, qui administratus est à priuato homine.*

Quæritur VIII. cum illi, qui non sunt Prædicantes, seu ministri Calviniani nec licitè nec validè baptizent; num saltem mulieres validè baptizare possint. Respondet Beza; *Apage crassam & putidam hanc sacri ministerij, Beza in Resp-  
(hoc est, Prædicantici officij) profanationem. Idem Beza Epist. 12. ad quosdam Anglicarum Ecclesiarum fratres. Peti-  
tus, an baptismum ab obstetricib, administratum probemus. Res-  
pondemus, non modò nobis improbari, sed etiam prorsus into-  
lerabilem videri, utpote ex ignorantia veri vsus Baptismi &  
publici ministerij exortū. Eiusmodi ergo abusum sentimus te-  
neri ministros grauitè reprehendere, nedum ut ratum eius-  
modi Pseudobaptismum habeant.*

Calvinus Epist. 278. *Quoniam baptizandi licentia, quam sibi famina arrogāt, nihil aliud est, quā crassa superstitio, stul-  
ta illa & temerè suscepta actio pro nihilo ducenda est. Pastorum ergò officium est, eas compescere: interea legitimo baptismo consecrare infantes, qui stulta & præpostera emulatione nihil aliud quàm polluti fuerunt.*

Idem Epist. 326. *De mulierum baptismo, aliud est nostrum iudicium. Nam, quia prodigiosa fuit audacia, ut se, præter natura legem, mulieres ad hoc munus ingererent minimè dubitamus, quin securè tale flagitium repudiandum sit. Interea periculum non est, ne vulnerètur infirma cōscientia: nisi qui nimia curiositate frustra sibi molestus sit: quia, nemo est, qui sciat se à muliere fuisse baptizatū: deinde, quia veteri decreto Concilij Carthaginensis prohibita sunt femina ab officio baptizandi, neminem offendet nouitas, quæ metuenda esset in viris.*

Idem Calvinus Epist. 51. ad Mompelgartēses Baptismū



obstetricibus permittere impia & sacrilega est Baptismi profanatio. Ergo hoc caput non tantum repudiandum iudico; verum, si urgere vos princeps ultra modum pergat, usque ad sanguinem resistendum potius, quam ut huic non toleranda superstitioni consentiatis. Idem docet Calvinus in libello, quem inscripsit Reformationem Ecclesiae & in Appendice ad hunc libellum.

### *Antipharmacum.*

OBSTANT; Hæc Calvinianorum impia commenta refellit Christi doctrina Ioann. 3. *Amen, Amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Et, Amen Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei;* Est ergo regeneratio ex aqua & Spiritu sancto infantibus simpliciter necessaria, quando quidem Christus disertè affirmat, absq; regeneratione neminem ad cœlestem beatitudinem peruenturum.

S. Augustinus  
lib. 1. de peccat.  
meritis & re-  
miſſ. cap. 23.

Tit. 3.

*Quis Christianorum ferat, inquit S. Augustinus, cum dicitur, ad aeternam salutem posse quenquam peruenire, si non renascatur in Christo, quod per Baptismum fieri voluit, eo iam tempore, quo tale Sacramentum constituendum fuit regenerandis in spem salutis aeterna? Vnde dicit Apostolus; Non ex operibus iustitia, qua fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.*

*Firmisimè tene, ait S. Fulgentius de fide ad Petrum, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam aeternam, qui non hic à malis suis fuerit per pœnitentiam fidemque conuersus, & per Sacramentum fidei & pœnitentia, id est, per Baptismum liberatus: & maioribus quidem necessarium esse, & pœnitentiam de malis suis agere, & fidem Ca-*  
tholi-

*atholicam secundum regulam veritatis tenere. & Sacramentum Baptismatis accipere: paruulis verò, qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt, sacramentum fidei, quod est sanctum Baptisma, quandiurationis atque eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.*

Cum igitur Baptismus sit infantibus tam necessarius, meritò Ecclesia præceptum & institutionem Christi ita semper intellexit, vt quando infantes periclitantur de vita; etiam laicis, imò & mulieribus, priuatim baptizare liceat; non solemniter & ex officio, sed ex necessitate & extraordinariè. Neque aliud obiectionibus suis euincit Caluinus, quàm mulieribus non fuisse permissum ab antiquis, vt baptizarent sollemniter & ex officio. In necessitatis articulo id licere, nemo veterum inficiatus est. Sed quia Caluinus & Beza, eorumque discipuli tantam baptismi necessitatem non agnoscunt, cum illis baptismus non sit salutis collatio, sed tantum sigillum seu obsignatio salutis, quasi infans fidelium præsertim parentum, careat, nullam salutis iacturam patiat; ideo tam seueri & rigidi sunt in repellendis laicis & fœminis à baptismi administratione, extrema necessitate id exigente: nam nisi hoc facerent, non satis multos infantium ab æterna beatitudine excluderent. Vt ergo adultos inde excludunt per falsam suam fallacemque fidem ac doctrinam; sic inde abarcent infantes, dum illos in periculum mortis coniectos ab obuiquo quis ministro salutaribus vndis ablui non permittunt. lege Bellarminum lib. de Baptismo cap. 4. & 7.

Quæritur VIII. Num infans sub conditione baptizari debeat, si verisimiliter dubitetur, an sit baptizatus, neque vllus baptismi suscepti testis aut testimonium sup-

Tit. de baptis-  
mo.

petat. Respondet Lutherus in Symposiacis sermonibus, huiusmodi baptismum conditionalem ex Ecclesia exturbandum, eumq; de quo dubitabatur, categoricè & absolutè baptizandum esse.

Exstat Tom.  
12. Vit. Germ.  
fol. 193. Anno  
1603.

Idem docet Pomeranus Lutheri fidissimus Symmysta in Tractatu Germanico: Von der Teuffe im Hause. De baptismo domi collato? Antea in Hamburgensi Agenda, cuius ipse faber & architectus fuit, talem baptismum valere, atque adeo conferendum esse docuerat; Sed Anno 1551. sapientior scilicet factus, hanc suam sententiam retractavit, hac solenni palinodia: Hæc mea verba: Si tu non es baptizatus, &c. ad solos infantes spectant; quando non scitur, sed dubium est, an sint baptizati; nunc reuoco, & cum scriptura (imo cum proprii cerebri phantasia) coram toto mundo affirmo, huiusmodi dubio baptisate nullum infantem aliumue hominem baptizari debere, quia palam expressæ & indubitatæ sententiæ Christi aduersatur: (Scilicet.)

### Antipharmacum.

S. Leo Pontif. Max. Epist. 92. ad Rusticum Narbonensem cap. 15. Si nulla existant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos aut vicinos quibus, hi de quibus queritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est, ut renascantur, ne manifestè pereant, in quibus, quod non ostenditur gestum, ratio non finit, ut videatur iteratum. Qui autem possunt meminisse, quod ad Ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordari an quod eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed si hoc etiam ab eorum memoria alienum est, conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia, non temeritas interuenit presumptionis, ubi est diligentia pietatis.

is. Hæc S. Leo; quæ meritò Lutheri & Pomerani de-  
 firamentis opponimus, imò & antepoſimus. Nam  
 conditio non adiicitur, niſi vt vitetur rebaptizatio;  
 quæ aliter nullo pacto euitari poteſt; ſi fortè infans,  
 aut etiam adultus, de quo dubitatur, antea baptizatus  
 fuerit. Quod ſi baptizatus non fuit, baptiſmum verè re-  
 cipit, quia conditio illa: *Si non eſt baptizatus, &c.* verita-  
 tem & valorem Sacramenti non tollit; cùm ſtatim adhi-  
 beatur eſſentialis forma & materia.

*Similia S. Leo  
 Epist. 37. ad  
 Leonem Episc.  
 Ravennatem.*

*Ignosce mihi, quod ſequentem quæſtionem extra ordinem  
 moueam. Mallesne baptizatus eſſe à priuato Chriſtiano, qui  
 non ſit in ordinario Miniſterio Verbi, an verò ab ipſomet Dia-  
 bolo in Miniſterij Cathedra ſedente?*

*Verba Hunnij  
 Tract. de Sa-  
 cram. cap. 13.*

Reſpondet Hunnius *Millies malim eſſe baptizatus à  
 Chriſtiano priuato, etiam in ſima conditionis, quàm à Satana,  
 ſi maximè hic in media Cathedra Miniſterij ſederet, ſeq. fo-  
 riſecus pro verbi miniſtro venditaret. Nam homo Chriſtiani-  
 nus, licet priuata conditionis, eſt ipſe quoq. in nomine glorioſæ  
 Trinitatis baptizatus, eſt membrum Chriſti, eſt pars Eccleſiæ,  
 eſt de regaliſacerdotio & gente ſancta; eſt vnus de his, de qui-  
 bus ait Apoſtolus. Quicumque baptizati eſtis, Chriſtum in-  
 duiſtis, Non eſt Iudaus ac Græcus: non eſt ſeruus nec liber: non  
 eſt masculus nec femina. Omnes vos vnus eſtis in Chriſto Ieſu.  
 Et à talibus olim adminiſtrata circumciſionem oſtenſum eſt,  
 fuiſſe ratam, agnitam, Econtra, Diabolus eſt capitalis & im-  
 mortalis hoſtis Dei & hominum: imò eſt is, CONTRA QVEM  
 fædus initur in ipſo Baptiſmo, & cui abrenuntiant homines  
 baptizandi. Qui, ſi etiam vera dicat, Euangelio tamen ſilentiũ  
 & imponitur à Filio Dei, & dicitur illi; tace & obmuteſce. Itaq.  
 Baptiſmum à priuata perſona adminiſtratum longiſſimè pra-  
 tulerim Baptiſmo collato à Satana, quantumuis media Cathe-  
 dre Miniſterij inſidente. Beza diuerſum ſentit. Nam Ba-  
 ptiſmum*

ptissimum administratum à privatis hominibus habet pro fabula. E contra scribit: si fieri posset, ut vel Satan ipse sederet in Cathedra Ministerij, & legitimum Christi Baptismum administraret, verus is esset Baptismus.

Valeat ergo & facessat Beza cum hoc suo prodigiosissimo cōmento; quo Diaboli pro Ministro verbi se gerentis Baptismū anteferre audeat Baptismo à fidei Christiano dispensato; & cognoscāt hinc p̄y & cordati homines, quid nā Satanas sub hisce monstris opinionum moliatur. Pacatē, mi Hunni, pacatē, ne vsq; adeo propter Diabolū in Bezā exardescas: cum tuus Lutherus in libro de missa priuata & vntione Sacerdotum, expressè docuerit, Diabolū, si seruet verba & institutionem Christi, posse Sacramenta conficere, & administrare, atque adeo baptizare, canam parare & distribuere, concionari, ligare, soluere; idque etiam sine vocatione; negat enim Sacramenta aliunde pendere quam ab institutione & verbis Christi: neq; vllam personæ ministrantis habendā rationem: nam si deberet respici persona, inquit Lutherus, quale fuit Euangelium, baptismus, Sacramentum, cum Iudas & omnes inde à Iuda similes impij ministri ministrarunt in Ecclesia Sacramenta, & adhuc ministrant secundum institutionem Christi? Nihil quàm Euangelium, baptismus, Sacramentum Diaboli, id est, à Diabolo & organis eius ministrata. Sed quia illud Euangelium, baptismus, Sacramentum, non sunt Diaboli; sed Christi, Iudas sit Iudas, Diabolus sit Diabolus, nihilominus per eos accipimus bona & beneficia Christi. Sed de hoc Diabolico Lutheri Paradoxo vide plura & mira in casibus & Quæst. de Eucharistia Q. 18. Quæ ostendunt Hunnium in Tomis Lutheri non fuisse versatissimum; aut pudore ductum, magistri sui probrosa placita dissimulasse, ac silentio inuoluisse.

## De ſuſcipientibus Baptiſmum.

QVÆRITVR IX, qui nam debeant baptizari.

Reſpondet Beza in Quæſt. & Reſponſ. de baptiſmo. *Omnes, qui mihi fœderis tabulas ritè exhibuerint, quibus obſignandis baptiſmus eſt inſtitutus. Sed iam*

Quæritur X. Qui nam ritè fœderis tabulas oſtendūt? Reſpondet, Beza; *Qui, ſiquidem adulti ſunt, aſſenſum ſuum teſtantur. At iam*

Quæritur XI. Nulli igitur adulti admittendi, niſi rectam fidē diſertè profeſſi? Reſpondet Beza. *Nulli. Ex quo tamen ſequitur, Bezam omnes illos, qui extra Synagogam Calvinianam baptizātur, rebaptizare debere, cum ipſe nullam fidem, niſi Calvinianam, pro recta habeat; nemo autem, extra Calviniana caſtra, Calvinianæ fidei profeſſionem ante baptiſmi ſuſceptionem faciat: cumque baptiſmus, vt vult Beza, ſit veræ, hoc eſt, Calvinianæ fidei obſignatio, verus baptiſmus non erit, niſi vbi vera fides erit, quia veræ fidei Sigillum non obſignat, Beza iudice, niſi veram fidem.*

Quæritur XII. Num omnes infantes admittendi? Reſpondet Beza: *Neque quosuis infantes admifero. Nam neq; Mahometanorum, neque Iudæorum infantes admifero.*

Quæritur XIII. Qua de cauſſa tales infantes non ſint admittendi? Reſpondet Beza. *Quia fœderis tabulis non comprehenduntur. Significat ergo Beza Mahometanorum & Iudæorum infantes baptizari non poſſe, etiam abſtractos & eductos ex parentum infidelium cura & poteſtate; etiam in extremo vitæ periculo: etiam petente vel vtroque vel alterutro parente; Si vel vterque vel alter in infidelitate maneat; quia tales non comprehenduntur in fœdere quod Genevæ Calvinus cum*

D

ſuis

suis iniit. Adhibent quidem Catholici quoque doctores exceptionem de baptizandis Mahometanorum, Iudæorum & Ethnicorum liberis, sed longè aliam, & aliter, & aliam ob causam; vt te docebunt cum alij, tum Franciscus Suarez & Greg. de Valentia, in Disputationibus suis de Baptismo.

Quæritur XIV. Num soli infantes ex fidelib. nati, ad baptismum sint admittendi, Respondet Beza. *Ita censeo: non manifesta sunt fœderis verba. Ero Deus tuus & seminis tui. Appellatione verò seminis omnes gentes fidem Abrahæ secutas contineri, docet Apostolus Galat. 3. Et idem manifestè dicit, sanctos esse liberos ex altero etiam parente fideli natos: qua sanctificatione nihil aliud intelligi potest, quàm comprehensio in fœdere, &c.*

Quæritur XV. Vtrum infantes *Papistarum*, hoc est, Catholicorum, ad fidem admitti debeant. Et videntur excludendi cum non nascantur ex parentib. fidelibus: Beza iudice. Respondet Beza, admittendos esse: quia in *Papatu* manet propria Ecclesiæ nota, hoc est, verus baptismus. Vbi autem est propria Ecclesiæ nota, ibi est Ecclesia. In *Papatu* igitur, Beze iudicio, est vera adhuc Ecclesia; quia vera Ecclesiæ nota, nempe *baptismus*.

Quæritur XVI. Quid absolutè de *Papistarum* liberis dicendum sit; an sint simpliciter ad baptismum admittendi; sit vterq; parens in *Papatu* perseueret. Respondet Beza, *non temerè id facerem; sed si ex parentibus aut cognatis aliquis, Papismum eiurans & infantem habens in potestate, hoc à me postularer; vel alioqui idoneus sponsor adesset, qui piam & rectam infantis institutionem polliceretur.* Idemque asserit Beza de Mahometanorum & Iudæorum infantibus; si vel parentes sectam suam deserant, vel cognati, in quorum potestate infantes sunt; ad baptismum eos offerant. Quæri-

Quæritur XVII. quid de hac re ſentiat Bezæ Magiſter Caluinus. Reſpondetur id planum fieri ex his eius verbis Epift. 149. ad Farellum. Quæris, liceatne ordinis noſtri miniſtris, qui puram Euangelij doctrinam profitentur, ad Baptiſmum admittere infantem, cuius pater ab Eccleſiis noſtris alienus eſt: mater verò ad Papatum defecit: ita ut parentes ambo ſint Papiſta; ita reſpondendum cenſuimus. Abſurdum eſſe, ut eos baptizemus, qui corporis noſtri membra cenſeri nequeunt. Quum in hoc ordine ſint Papiſtarum liberi, quomodo Baptiſmum illis adminiſtrare liceat, non videmus. Accedit etiam altera ratio, ſtipulamur enim ab iis, qui offerunt, ut adultos erudiant in ea fide, in qua baptizantur. Si nemo fide iubeat, profanari Baptiſmum certum eſt. Si verò promittant fideiuſſores, quod non eſt in eorum poteſtate, palàm luditur Deus, præſertim ſi hoc notum ſit, non ſeridò, ſed tantum defunctoriè promitti. Hæc Caluinus: & ſimilia alibi paſſim. Pſeudofynodus Francica apud Schulring. lib. 9. Hierarch. Anacriſ. Infantes habentes patrem aut matrem ad hærentes Eccleſiæ Romane, non recipientur ad baptiſmum in Eccleſiis reformatis. Et ſi præſentati fuerint per paternos fideles, ſi Pater aut mater (ſi forſan altero ſit orbatuſ parente) non conſentiât aut poſtulent & ſe non demittant ſuam autoritatem deſerentes & credentes patrinis omne ſuum ius, quantum ad inſtructionem, una cum promiſſione ſe paſſuros ſuos inſtrui inſantes in vera religione, non admittentur. En quomodo Diabolus Catholicorum infantibus inſidietur. Ex quibus apparet, iſtorum iudicio, infantes non effici per baptiſmum filios, ſed iam antea tales ex æterna Dei electione factos, baptiſmate velut ſigillo quodam appenſo obſignari.



*Antipharmacum.*

HÆC omnia elidit illud Redemptoris nostri pronunciatum. Ioan. 3. *Amen Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua ex Spiritu, non potest introire in regnum Dei:* Hoc effatum generale est æquè ad infantes ac alios pertinens. Et scriptura testatur; saluos nos fieri *per lauacrum regenerationis.* Ergo ante consecutionem huius lauacri nemo salutem obtinet: Neque dicit scriptura: salutem nostram *per regenerationis lauacrum obsequari:* Sed tum primum *obtineri;* quandoquidem ante hoc lauacrum omnes sunt *filij iræ:* nec in societatem filiorum Dei cooptantur, nisi per baptismatis Sacramentum. *Quisquis dixerit, inquit S. Augustinus, quod in Christo uiuificabuntur etiam paruuli, qui sine Sacramenti perceptione de uita exeunt, hic profecto & contra Apostoli Prædicationem uenit & totam condemnat Ecclesiam.* Calvinus ergo & Beza aduersantur Apostolo, & totam Ecclesiam condemnant. Nam ut ibid. S. Augustinus scribit, *Christi Ecclesia nec paruulos recentissimè natos à damnatione credit, nisi per gratiam nominis Christi, quam in suis Sacramentis commendauit, posse liberari.* Caluini ergo & Bezæ Ecclesia, quæ contrarium credit, docet, prædicat, non est Christi Ecclesia, sed satanæ Synagoga.

S. Augustin,  
Epist. 28.

Quæritur XVIII. Vtrum infans possit ac debeat baptizari, quando nec dum plenè ac perfectè ex utero prodiit, sed tantum manu, vel pede, vel capite prominet, præsertim si periculum sit, ne ante moriatur, quàm toto corpore in lucem exponatur.

Respondet Lutherus in Colloq. Symposiacis, negatiuè *quia homo priusquam baptizatur, totus debet esse natus*  
quia

quia *Christus dicit: Es sey dann daß der Mensch ge-  
born werde. Ioan. 3. Nisi quis natus fuerit, &c.*

### *Antipharmacum.*

QVAMVIS Ioannis cap. 3. non dicatur absolute; nisi quis natus fuerit; sed, *nisi quis renatus fuerit denuò*; hoc est, secundo, per natiuitatem spiritalem, quam scriptura vocat, *regenerationem*, quæ in baptismo perficitur; id tamen non refert. quia *Cassia* nostro plenum suppetit ius, scripturas arbitrato suo citandi, explicandi, vertendi, flectendi & inflectendi: hinc etiam iure suo fingere hîc potuit; Christum dicere; hominem non posse introire in regnum Dei, atque adeo neque baptizari, nisi prius plenè & perfectè ex utero materno processerit: licet membro aliquo ex præcipuis exstet; quod paulò post in S. *Von der Tauffe / so von Weibern in der Noth geschicht: De Baptismo, qui à mulieribus in casu necessitatis confertur*; Lutherus iterum ingerit.

Vide autem, quàm acutè probet Lutherus suam opinionem: *Quia anima non est tota in qualibet parte infantis: Ergo homo non potest baptizari, nisi plenè & perfectè exierit ex utero. Diser Jerhumb Kompe vom Aristotele her / der schreibt / daß die Seel sey in einem ledlichen Stuck / oder Gliedmas der Menschen. Error iste* (infantes exstantes membro aliquo principaliore, baptizari posse, cum scilicet periclitantur de vita) *natus est ex Aristotele, qui scribit, animam esse in qualibet parte seu membro hominis. Vbi innuit Lutherus, animam humanam non esse totam in toto, & totam in qualibet parte hominis; sed totam in toto, & partim seu partialiter, in parte; atque adeò eam esse diuisibi-*

lem; & quod hinc consequitur, mortalem: vel certè, animam rationalem, non esse in qualibet parte hominis, etiam principali, qualis pars est caput, manus, pes; sed in nonnullis duntaxat. Quæ autem sunt illæ partes?

In Colloquiis Latinis fol. 132. b. planè contrarium docet. Ait enim: *Anima est in qualibet corporis parte. Quidam ex hoc fundamento baptizant nondum plenè editum fœtum.* Nec mirari debes, si antilogiis sese Casista noster consauciet: quia hic est sollemnis ei, & à natura institutus mos, cædere vineta sua.

*Luth. lib. cit.*

Quæritur XIX. Num infans, qui parte aliqua sua exstabat, absque baptismo saluetur; si expiret, antequam totus ex utero prodeat. Respondet resolutissimus noster Casista, affirmatiuè: *hac tamen lege; ut qui intersunt flectant genua, Deumq; precentur, ut infantulum illum passionis & mortis sua participem efficere velit: hac enim ratione Christo sistitur infans; & ab eodem in gratiam recipitur, iuxta illud; sinite paruulos venire ad me: quia talium est regnum coelorum. Nec dubitandum est, huiusmodi infantem à beatitudine non excidere; quamuis baptisate non fuerit tinctus.*

### *Antipharmacum.*

Si obiicias: scriptum esse Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit denud, non potest videre regnum Dei.* Item; *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Ex quo sequitur, infantem, de quo Lutero est sermo, beatitudinem non adepturum: quandoquidem preces pro illo fusæ, nec sunt baptismus fluminis, nec flaminis, nec sanguinis, (quæ tria baptismi genera agnoscit etiam Casista noster, titulo *de Baptismo.*) id  
Luthe-

Lutherus non multum morabitur. quia iam pridem publicè hoc de se aſſeueravit: *Certus ſum dogmata mea me habere de cælo, &c.* etiam ſi ſcripturis apertè aduerſentur: quia Luthero data eſt *clauis abyſſi*, vt reſoluat omnia dubia conformiter abyſſo ſeu Orco.

*Luth. lib. contra Regem Anglia.*

Quæritur XX. Num Diaconus ſeu Capellanus ille, qui ſiniſtra manu infantem tenere nequit, ita baptizare poſſit, vt alius infantem teneat, ipſe vero dextra manu aquam affundat. Reſpondet Baptiſta noſter; *ſieri id poſſe; ſi Capellanus ille alioqui Eccleſiæ ſit gratus & acceptus, donoq; concionandi valeat. Secus; non eſſe illi permittendum, vt hoc modo baptizet.*

### Antipharmacum.

EGREGIA profeçdò reſolutio. Quid ſi Eccleſiæ ingratus eſſet. Quid ſi laboraret chiragra? An ideo Baptiſmus non valebit, quia baptizans infantem non tenet manu? Quid ſi baptizaret adultum? An neceſſe eſt, vt hominem XXX. annorum v. g. manu geſtet, vt illum validè baptizet?

Quæritur XXI. Vtrum licitus & validus ſit baptiſmus, quando infans faſciis colligatus eſt, tantumque in capite ſeu vultu; nudo tamen, aquâ perfunditur ſeu aſpergitur. Negat Pomeranus, Lutheri optimus ſocius in Tractatu, *quod baptiſmus in ſcriptura vocetur lauacrum;* *Exſtat Tom. 12. Germ. VVitteb.* Quia Chriſtus non dicit: *Tröpflet ihnen mit Waſſer auff den Kopff / oder beſtreichet ſie mit Waſſer auff den Kopff. Stillate illis aquam ſuper caput, vel, aſpergite illos aqua in capite; dann das heiſſet nicht ein Waſſerbad / ſonder teuſſet reichlich mit Waſſer. Quia hoc non eſt lauacrum; ſed ait; baptizate copioſè & abundanter aqua; ego adero, & baptizabo copioſè ſpiritu ſançto.*

Anti-

*Antipharmacum.*

CHRISTVS dixit: *Baptizantes eos in nomine Patris, &c. & nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu. Aqua multa & copiosa non meminit & lauacrum non modo tunc est, cum quis copiosæ aquæ immergitur, sed & cum aqua aspergitur vel perfunditur: nam & capitulum & manuum ablutio verè est λῦτρον seu lauacrum, nec tamen simpliciter necessarium est, vt quis aut caput aut manus aquæ immergat; satis est, si aqua affundatur, seu infundatur capiti aut manibus: sed Pomeranus per lauacrum nihil nisi balneum & mersionem animo suo informare potest; Et tamen apud Germanos etiam illud dicitur ein Bad, Balneum, vbi nulla est immersio corporis in aquam; sed tantum perfusio & affusio: vt fieri solet in Germanorum vaporariis, in den Badstuben; neque enim omnes qui in huiusmodi hypocausta balneatoria ingrediuntur, labra intrant, vt corpora aquis immergant: Et tamen communi loquentium consuetudine balneasse dicuntur. Concedit Pomeranus in necessitate valere hunc baptismum. At si in necessitate validus est, cur non & extra? Nam baptismus qui alicubi valet; vbique valet: valet, inquam, non enim dico, licet; quanquam Pomeranus de valere loquitur; non de eo solùm, quod licet; Et sine dubio non solum validus, sed & licitus est, cum infantis caput, quod est principale membrum, tanta aqua perfunditur & aspergitur, vt illa perfusio verè nominari possit ablutio. Vide Franciscum Suarez Disp. 20. de Baptismo Sect. 2.*

Sed Pomerani amatores proculdubio libentius audient

dient Hunnium, Pomerani Witebergæ in Cathedra Parochia & Scholaſtica ſucceſſorem. Ita ergo ille Tract. de baptiſmo cap. 10. *ut homo mergatur in aquam vel totus, vel aliqua ſui parte, vel aſpergatur aqua aliquot guttis, ſive in fronte, ſive in pectore, vel capiti deſuper infundatur aqua, &c. hæc inquam, adiaphora ſunt, libertati- que Chriſtiana ſubiecta; & non refert coram Deo ſive mergatur homo, ſive aſpergatur, &c.*

Iam ergo Pomeranus meliora à ſuo ſucceſſore edo- ctus, ponere poterit horrorem illum, quo Anno Re- demptoris M. D. XXIX. Hamburgi, & poſtea anno 1537. Coppenhagij in Dania concuſſus fuit, cum videret infantes faſciis inuolutos baptizari, aqua nudo capiti infantium infuſa. Nam verum baptiſmum, iudice Hunnio & veritate teſte, ſuſceperunt: quod ta- men ſecus Pomerano viſum: & quod deterius, de eius- modi baptiſmo, quem pro nullo ducebat, ne admonen- dos quidem cenſuit Hamburgenſes; ne turbarentur, audientes, liberos ſuos antehac non fuiſſe vero & va- lido baptiſmate tinctos. Vbi obſerua, qualis Paſtor fue- rit Pomeranus, qui maluit, ſuo ſaltem iudicio, perire paruulos, quàm populum de ea baptiſmi ratione in eun- da commonefacere, quam ſolam ipſe validam & legi- timam reputabat.

Quæritur XXII. Vbi infantes debeant baptizari. Reſpondet Caluinus Epift. 185. *Obſeruandum eſt, cum iſtud Sacramentum complectatur ſacram & ſolemnem intro- ductionem in Eccleſiam Dei, ſitque teſtimonium cœleſtis no- ſtri municipatus, in quem adſcribuntur illi, quos Dominus adoptat ſibi, fas non eſſe adminiſtrare Baptiſmum, niſi in cœtu fidelium. Non quidem, ut templum requiratur, ſed ut ubi- us numerus aliquis fidelium conueniat, qui Eccleſia corpus ef-*

E

ficiæ

ficiat, & qui baptizat pro Pastore agnoscatur, si enim infans clam baptizetur, & nullis adhibitis testibus, illud neque responderet ordini à Domino posito, neque Apostolorum exemplo. Oportet igitur infantem baptizari in cœtu aliquo, qui quidem cœtus profiteatur sibi nihil esse commercii cum Papisticis pollutionibus.

Idem Calvinus Epist. 302. *Infantes non baptizamus, nisi pro publica concione: quia, absurdum videtur, ut solennis illa receptio paucos tantum habeat testes, Patres, nisi quid negotij impediat, iubentur adesse, ut stipulationi respondeant unà cum fideiussoribus. Nemo tamen ad fideiubendum admittitur, nisi qui eiusdem nobiscum est professionis. Nullus ergo Lutheranus in Baptismo Calvinistarum fideiussor seu patrinus esse possit.*

Quæritur XXIII. Quando infans sit baptizandus, Respondetur, id ex proximè recitatis Caluini verbis liquere: Baptizatur enim post publicam concionem. Sed clarius hoc docet Beza in Apologia contra Heshium. Respondeo, inquit Beza, *Ecclesiarum nostrarum hanc esse consuetudinem, ut semper à concione, (concio vero singulis diebus habetur, & diebus Dominicis quater in vrbe in singulis templis repetitur) infantes baptizandi ad pulpitum afferantur, & in totius Ecclesia cœtu baptizentur. Quod si quis facere negligat; nec Ecclesia, nec Magistratus officio suo deest.*

### *Antipharmacum.*

AT quid si infans tam sit debilis, ut concionem vel finem concionis attingere nequeat? Quid si etiam in ipsis priuatis ædibus nequeat interea fidelium, hoc est, Calvinistarum, cœtus cogi, in cuius præsentia Minister Calvinianus infantem baptizet? Neque enim illud priuilegium

privilegium mulieribus Calvinianis cōceſſum arbitro<sup>r</sup>,  
 ut non pariant, niſi ſub concione & tam valentes quid<sup>e</sup>  
 fœtus, quibus uſque ad concionis finem à morte nih<sup>il</sup>  
 periculi immineat. Hic Calvinus & Beza infantem ite<sup>r</sup>  
 rum patienter abire ſinunt, non in cœlum; ſed in tene<sup>r</sup>  
 bras exteriores; & potius quàm de ſua ſententia migrēt<sup>r</sup>  
 infantes hinc cum æterno ſalutis diſpendio migrare pa<sup>t</sup>  
 tiuntur. Quapropter palam ſcribit Heſhufius, nec ad<sup>r</sup>  
 modum abnuit Beza, Calvinum, cum in templo eſſet, iuſſum  
 à ſuis, ut properaret baptizare puerum imbecillum tunc na<sup>t</sup>  
 tum, reſpondiſſe; eras hora ſolita baptizatum iri, ſi ſuper vi<sup>vi</sup>  
 xerit; ſicque infantem ſine baptiſmo eius culpa exſtingtum.  
 Eximium profectò animarum curatorem Calvinum,  
 qui tam libenter eas à luce æterna ad perpetuam caligi<sup>nem</sup>  
 proficiſci permittit. *Portantur ad Eccleſiam*, inquit  
 S. Auguſtinus de paruulis, *& ſi pedibus illuc currere non*  
*poſſunt, alienis pedibus currunt, ut ſaentur. Accommodat*  
*illis mater Eccleſia aliorum pedes, ut veniant: aliorum cor,*  
*ut credant: aliorum linguam, ut fateantur: ut quoniam, quod*  
*agri ſunt alio peccante prægrauantur ſic, cum hi ſani ſunt, alio*  
*pro illis conſistente, ſaluentur. Nemo ergo nobis ſuſurret doctri<sup>nas</sup>*  
*alienas. Hoc Eccleſia ſemper habuit, ſemper tenuit, hoc à*  
*Maiorum fide percepit, hoc uſque in finem perſeueranter*  
*custodit.* Hæc S. Auguſtinus:

S. Auguſtinus,  
 Serm. 10. de  
 Verbis Apo-  
 ſtoli.

Vbi nihil de exſpectanda concione aut ſine concionis au-  
 dis; ſed curritur ad Eccleſiam quocunque tempo-  
 re, quando paruulorum neceſſitas id poſtulat: cæ-  
 terum hinc ſtruit Calvinus calumniam, nempe in-  
 fantes, ætate S. Auguſtini, non fuiſſe baptizatos priua-  
 tim, ſed in Eccleſia. At hoc extra neceſſitatis ca-  
 ſum fuiſſe conſuetum, nemo ambigit. Item in arti-  
 culo ſeu periculo mortis infantes extra Eccleſias pri-



uatim non fuisse baptizatos, quo testimonio S. Augustini euincet Calvinus, præsertim cum tunc omnium orthodoxorum ea fuerit communis persuasio, paruulos sine baptismo salutem adipisci non posse: Quapropter ad baptismum currebant; & si tempus, vt ad Ecclesiam currebant, non ferebat, priuatim salutare baptismatis remedium adhibebant, ne Calvinianorum ritu, perire sinerent, quos filios & hæredes regni coelestis per ablutionem baptismatis efficere poterant: Neque enim Christus dixit: *Baptizantes eos in templo seu Ecclesia*: neque: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu post concionem, inspectante Ecclesia*, ritu Geneuensi: sed liberum reliquit, vt necessitate exigente, vbilibet locorum baptismus administraretur.

Tom. 12. Germ.  
Vvit. Lutheri

Hie siehestu ein  
rechts Affens  
spiel.

Quæritur XXIV. Quomodo Iudæus sit baptizandus. Hoc nobis pulcherrimè explicatum dat Casista ille ex Pomerania oriundus Ioannes Bugenhagius, vnus ex primariis Lutheri discipulis. in Tract. de *lauacro Regenerationis*. Audi eius verba, & ride ridiculam scenam. Wann ein Jüde bey vns die Tauffe Christi begehret / so glauben wir ihm nicht so bald/2c. Darnach auff einen bestimpten Tag zur Tauffe / lassen wir mitten in vnser Kirchen stehen ein Brawtkübel mit Wasser / so vil das ein Mensch könne darinn sitzen / auff den Knien / vnd das Wasser bedecke ihn bis an die Schultern. Solcher Kübel sol vmb vnd vmb / vnnnd daroben behengt werden mit Tüchern / doch also / das auch für dem Kübel / mit denselbigen Tüchern werde ein Raum eingenommen / das sich der Jude verdecket / außziehe zur Tauffe / vnd wider anziehe, nach der Tauffe / darumb werden die

die Tücher an allen seiten also umbhenget / daß man sie kan auffwerffen / wann der Jude im Wasser auff den Knien sitzt / vnd wider nider ziehen / wenn er getaufft ist.

Zur rechten Zeit bringet der Pfarherr oder Prediger den Juden / vnd stellet ihn mitten in die Kirchen für allen Leuten / vnd fraget ihn öffentlich / Jude / Wie wiltu gerne heißen? 2c.

Bald gehet der Jude hinder den Fürhang zu dem Kübel / vnd weil er das Wammes vnd Hosen daheim gelassen hat / so zenhet er da die Schuh auß / wirfft den Rock abe / steigt ins Wasser / vnd wirfft das Hembd zum Rock / vnd setzet sich bald ins Wasser auff die Knie / Dann wirfft man auff den Umbhang / daß jederman öffentlich könne zusehen vnd hören. Da fasset der Tausser mit der rechten Hand Johannem oder N. bey dem Kopff / vnd spricht laut / vnd ich tauffe dich im namen des Vaters / (hie drucket er ihm den Kopff ins Wasser / vnd zeucht ihn bald wider herfür:) vnd des Sohns (hie drucket er ihn ins Wasser zum andern mal wie vor:) vnd des heiligen Geistes (hie drucket er ihn ins Wasser zum dritten mal / wie vorhin.) der getauffte Johannes spricht / Amen. (Valete & plaudite) Reddamus Latinè, vt & illi, qui Germanica non intelligunt, habeant ridendi materiam.

*Quando Iudeus aliquis, apud nos baptismum Christi petit, illi fidem citò non habemus, &c. Deinde ad destinatum baptismi diem; curamus in medio templo statui labrum, aqua tantùm refertum, vt aliquis illic genibus ni-*

xus humerorum tenuis contegatur. Quod quidem labrum per ambitum circum circa, sed & desuper ambiendum est pannis, siue velis; ita tamen, ut iuxta labrum, spacium illis pannis occupetur, in quo Iudæus ad baptismum se exsuat, & induat. Proinde vela hæc ita passim accommodantur, & suspenduntur, ut superiniici possint, cum Iudæus ingeniculatur labro; & deponi denuo, postquam est baptizatus.

Commodo igitur, suoque tempore parochus, seu Prædicans adducit Iudæum baptizandum, sistitque eum in medio templi & populi, eumque palam interrogat; Iudæ, quovis vocari nomine? &c. Mox Iudæus obvelatum adit labrum: Et quoniam domi reliquit thoracem, & caligas, calcæos illic exsui, togam ponit, aquamque labri ingrediens, indusum ad togam proiicit exsutum, moxque ingeniculatur. Tum vela superiniecta tolluntur; ut populus Iudæi baptismum & spectare & audire possit. Hic baptizans, dextrâ Ioannem vel N. prehendit capite, & clara dicit voce; Et ego baptizo te in nomine Patris (hic immergit illi caput in aquam, & mox idem retrahit) Et Filij; (hic immergit illi caput denuo ut antè:) & S. Spiritus (hic immergat eum aqua tertio:) Baptizatus Ioannes respondet, Amen. Vbi nescio num alios, me certè cupido incessit, sciendum Prædicans, peracto dramate, aqua illa lustrali, in qua nudus Iudæus sessitavit, præsentem concionem lustret, ut in sexto Aeneidos fecit Corinæus, absoluto Miseni funere.

Non absimilem modum baptizandi Iudæam foeminam tradit Lutherus Tom. 5. Ien. German. in quodam consilio ad nescio quem Parochum misso,  
his

his verbis. So vil aber die offentliche Tauffe belanget / laſſe ich mir gefallen / daß ſie mit Tüchern bedeckt / (wie das Weibervolck im Bad /) in einer Wannen / im Waſſer biß an den Hals reichende / mit dem Badtruch angethan / ſiße / (ich wolte auch / daß die Wanne mit Tapeten behenget / gar bedeckt were / wie ein Schweißbad in Hauſern gewöhnlich) vnd vom Teuffer mit dem Haupte drey mal ins Waſſer getaucht würde / mit den gebrauchlichen Worten / als nemlich / Ich tauſſe dich im Namen deß Vaters / vnd deß Sons / vnd deß heiligen Geiſts / Amen.

*Quod attinet ad publicam baptizandi rationem placeo mihi, ut pannis sit tecta, (more mulierum in balneo) inque labro, aqua, quæ ad collum vsque pertingat, pleno sedeat, industo balneatorio vestita, (imo velim labrum ipsum tapetibus totum tegi, sicut domi in sudatoriis labris fieri solet) & à baptizante, ter capite immergatur, verbis illis solitis; nimirum; Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.*

### *Antipharmacum.*

PVLCHERRIMAM hanc Iudæos baptizandi rationem deſumpſit Pomeranus ex ſuo Luthero; cuius ſuper hac re ſenſum elegantiffimis hiſce verbis elegantiffimus colloquiorum Latinorum Interpres expreſſit. *Iuſtus Menius Martinũ Lutherũ conſulebat de Iudæo baptizando, qui eſt catechiſatus, quibus ritibus eum baptizare deberet. Reſpondit M. Lutherus, ipſum admonens, ne fucatis Iudæi verbis deciperetur. Ritus autem baptizandi Iudæos eſſet*

*Tom. I. Lat.  
Colloq. tit. de  
Iudæis.*

esset, ut in dolio aqua repleto Iudæus exutus & alba veste indutus collocetur & immergatur.

Probus sanè modus, ut & ille Pomerani; quem si Apostoli obseruassent, quando ad primam S. Petri in Pentecoste concionem tria millia hominum in disciplinam Christi sua nomina dederunt, multis profecto doliis & labris opus habuissent; Et vix aliquot diebus tantam multitudinem cum operoso illo Pomerani apparatu, baptizassent.

Quæritur XXV. An Lutherus non habuerit expeditiorem rationem Iudæos baptizandi? Vtique. Accipe Lutheri verba. Wenn ich einen frommen Juden mehr vberkomme zutauffen / so wil ich ihn bald auff die Elb Brücke führen / vnd ein Stein an Hals hängen / vnd in die Elb werffen / denn die Schälcke verspotten vns / vnd vnser Religion / &c.

Tom. I. Lat.  
colloquio Tit.  
de Iudæis.

Hæc Germanica Lutheri ita Latio donauit facundus nepos Atlantis, versor, inquam, latinus Colloquiorum Luthericorum. M. Lutherus dicebat, si ad manus peruenerit meas, ad baptizandum, Iudæus, ego illum quam primum post baptismum ducam in pontem Albi, & suspensa illi mola asinaria, precipitem dabo in fluuium. Nam nebulones isti omnes nos subsannant in nostra religione. Sic fecit ille, qui hic Viteberge baptizabatur.

### Antipharmacum.

CREDO equidem, neque falli me arbitror, nullum vnquam Iudæum ab vilo Apostolo, aut Apostolico viro aut baptizatum, aut statim, peracto baptismo hunc in modum exceptum fuisse. Sed Luthero nihil  
non

non licet; *Man muß den Juden mit starcken Argu-  
mēten Begegnen*/inquit Lutherus Colloq. Germ. Sym-  
pos. tit. *de Iudæis*. At quodnam fortius argumentū, quàm  
quo hic Lutherus Iudæos aggreditur, cum mola asinaria  
onustos in Albim fluuium præcipitandos censeret.

Quæritur XXVI. Si quis Iudæus simulatè prorsus &  
fictè, absq; vlla voluntate seriò suscipiendi baptismum,  
seu id, quod Christiani hac externa cæremonia se perficere  
& dare profitentur; baptizaretur, num verè & vali-  
dè baptizatus esset.

Respondet Lutherus in homil. de Baptismo: *Si calli-  
dus & versipellis Iudæus veniret nobis impositurus, simulans  
se Christiana religionis studiosum & cupidum, ac proinde pete-  
ret Baptismum; ministerq; Ecclesie presentibus nobis aqua eum  
immergeret, additis his verbis; Baptizo te in nomine & man-  
dato Dei, & Domini nostri Iesu Christi, &c. tum verè, & legi-  
timè esset baptizatus, ut maximè Iudæus Baptismum apud se,  
& animum suum prorsus nihili faceret, & postea palàm ride-  
ret, contemneret contumeliis afficeret. Quid enim moratur  
Deus id, quod non credis, cum ipse aliqd instituit, & mandauit?*

Et quia *ἡς ἡγὰρ τοῖς τὰ ἡλὰ*, ideo in eadem homilia hanc  
suam Cantilenam recinit Lutherus: *Porro baptizandum  
sive infantem, sive adultum, nulla fide præditum esse, quod qui-  
dem fieri potest; ut si Iudæus aliquis baptismum se initiari patere-  
tur, non ex animo, aut pietatis Christiana studio & amore: sed  
aut petulantia, aut lucri alicuius gratia, vel ut Christianos cir-  
cumueniat, aut postea irrideat, ludatque. Quamuis autem hic  
Iudæus non crediderit, tamen minime iudicabis Baptismum ab  
ipso susceptum nihil esse, propter incredulitatem & malitiam  
ipsius, etiam baptismum irridenti; sed contrarium dicendum  
erit, videlicet, quod verum & sacrosanctum baptismum acce-  
perit, ad perditionem & damnationem sui.*

*Antipharmacum.*

HÆC omnia ex imperitia oriuntur. Nam vt quis adultus verè & validè baptizetur, simpliciter necessarium est, vt habeat intentionem seu voluntatem formalem, seu *virtualem* vel *interpretatiuam* recipiendi sacramentum, siue generatim id, quo Christiani censentur ad Christianam professionem primitus initiari. Quæ intentio nisi adsit, nihil efficitur, quandoquidem Deus Sacramenta ita instituit, vt iis nolit, nisi aliquo modo volentes ac cupientes, insigniri. nam & hic valet illud sancti Augustini; *Qui fecit te sine te, ille non saluabit te sine te*; hoc est, sine tuo assensu & consensu. Neque baptismus tali Iudæo collatus est sacramentum formaliter loquendo; quia vt sit verus baptismus requiritur aptum & proportionatum subiectum; neque enim sine tali subiecto verus baptismus existere potest; cum eius essentia consistat in actuali ablutione subiecti apti & proportionati; sed in casu de quo Lutherus differit, non est aptum & proportionatum suscipiendi baptismi subiectum; nam homo, qui nullam penitus habet aut habuit voluntatem seriò suscipiendi baptismum; sed tantum ludit & illudit; non est aptum & proportionatum subiectum; ergo neque actio, quæ circa illum exercetur, est sacramentalis seu sacramentum; nisi materialiter & impropriè. Propriè certè non magis, quàm si quis circa aliud non aptum baptismi subiectum, siue animatum, siue inanimatum, verba baptismi cum aspersione aquæ usurparet.

Et rem ita se habere, probamus ex ipso Lutero; qui in Homilia de baptismo sæpe inculcat, tria ad baptismum necessariò requiri, & eorum aliquo deficiente, veritatem baptismi non posse subsistere; *materiam seu aquam,*  
*ver-*

*verbum, seu formam; & mandatum Dei. nam si sufficeret duæ illæ partes, videlicet aqua & verbum, inquit Lutherus, tum ego & quilibet alius baptismum instituere posset cum vellet, imò tot sacramenta cuique facere liceret, quot liberet: At hic deest illud tertium, quod Lutherus ad essentiam baptismi requirit, nempe mandatum Dei; Deus enim nusquam & nunquam iussit, vt baptizetur homo baptismi prorsus incapax, vel ille, qui nullam penitus veram & seriam baptismi suscipiendi voluntatem habet: talis ergo baptismus à ministro, etiam fallaciam ignorante collatus, nullus est.*

*Dua quidem illæ partes (materia & forma) inquit Lutherus, huc pertinent, sed nondum satis sunt, vt per se possint sola sacramentum facere, verùm addenda est & tertiã pars, vt Trinitas hic tota habeatur, videlicet, diuinum mandatum, seu iussio. Cùm hoc potes probare & affirmare, quod diuina Maiestas in calo dixerit; Ego id iussi, mandauit & instituit, tum duæ illæ partes priores valent & constituunt Sacramentum, & tum demùm verè Sacramentum vocatur; alioqui, vt dixi, omnia, quacunque homines excogitare possent, Sacramenta essent.*

Quæritur XXVII. Vtrum candidatis baptismi adhibendi sint Patrini, seu Susceptores, seu, vt Calvinistæ appellant *fidei iussores*. Respondent omnes; admittendos; sed non Pontificios, non alterius à sua religionis; non malæ fidei, non *excommunicatos*. Vide Caluini epist. 258. 381. 149. & Hunnium Tract. de Sacramentis, cap. 13. de Baptismo in fine.

Nec habeo, quod addam, nisi hoc; si Prædicantes ferre nolunt, vt Catholici fungantur officio *Patrinorum*,



quando sectariorum liberi baptizantur; multò minus Catholicis sacerdotibus & Parochis tolerandum esse; vt Catholicorum infantibus constituentur Lutherani aut Calviniani Patrini; quia hoc nihil aliud est, quam lupo ouem, & miluo pullum gallinaceum committere. Adeo autem Lutherus *patrinos* adhibēdos censuit, vt suis quoque certam formulam præscripserit, qua foeminae rogari debent, vt recens natis infantibus *patrina* seu *commatres* fieri dignentur. Vide Colloq. Germ. tit. *de baptismo*, & Lat. cod. tit. tom. 2. Neque negant Lutherus & Lutherani cognationem spiritalem natam ex officio *patrinorum*: Quid enim frequentius in ore Lutheranorum, quàm *compatres, commatres, &c.* licet abnuant ex hac cognatione matrimonio contrahendo obstaculum nasci; de quo suo loco.

### De effectibus Baptismi.

QVÆRITVR XXVIII. Qui sint effectus baptismi. Respondetur varios poni à Luthero, & Lutheranis; à Caluino & Calvinianis, vt videre licet in libris & sermonibus, quos iam in antegressis erotematis citauimus: vnus tamen præ cæteris, est notabilis & commemorabilis, de quo Lutherus in Colloquiis mensalibus tit. *de Baptismo*. Doctor Martin fragte sein Weib / ob sie auch glaubt / daß sie heilig were? Da verwundert sie sich / vnd sprach: Wie kan ich heilig seyn / Bin ich doch ein grosse Sünderin. Darauff sagte D. Martin: Sehet nur da an den Bâpfflichen Grewel / wie er die Herzen verwundet / Warck vnd alles innwendigs eingenommen vnd besessen hat / also daß sie nit mehr sehen können dann nur die äusserliche persönliche Frömbkeit vñ Heiligkeit / so ein Mensch für sich selber thut. Vnd er wandte

Fol. 155. edit.  
Francof. fol.  
1571.

wandte ſich zu ihr/vnnd ſprach: Glaubſt du daß du ge-  
taufft / vnnd ein Chriſt biſt / ſo muſt du auch glauben/  
daß du heilig biſt: Dann die heilige Tauffe hat ſolche  
Krafft / daß ſie die Sünde endert vnnd verwandelt.  
Nicht daß ſie nit mehr vorhanden weren / vnnd nicht  
gefület würden / ſondern daß ſie nit verdammen. Der  
Tauffe Wirkung/Krafft vnd Macht iſt ſo gar groß/  
daß ſie alle Anfechtung auffhebt vnd wegnimbt.

Da aber M. Antonij Lauterbachs Weib gefragt  
wurd/ſprach ſie/ ſie were heilig/ ſo vil ſie glaubte/ were  
aber ein Sünderin / ſo ferne ſie ein Weſch were. Jha  
ſprach D. Martin: Ein Chriſt iſt ganz vnd gar heilig/  
Dann wann der Teufel den Sünder wegführet / wo  
bliebe der Chriſt: Darumb taug diſer Vnderſcheid vn̄  
Antwort nicht. Die Tauff muß man mit veſtem Glau-  
ben faſſen/ alßdann werden/oder ſeyndt wir heilig. Al-  
ſo nennet ſich David heilig. Pſal. 66.

Hæc Germanica Lutheri verba ita barbarolatine Tom. 2. Lat.  
Colloq. fol.  
130. b.  
reddidit diſertiffimus Colloquiorum verſor. D. Marti-  
nus Lutherus ſuam coniugem interrogabat, an etiam crederet,  
ſe ſanctam eſſe? Illa attonita reſpondit: quomodo poſſum eſſe  
ſancta, qua maxima ſum peccatrix? Reſpondet Martin. Luthe-  
rus: Videte abominationem Papiſtarum, quomodo conſcientias  
ſauciauit, & errores in integras medullas penetrarunt; vt ho-  
mines nihil videre poſſint, quàm illam perſonalem iuſtitiam  
& ſanctitatem. Deinde ad eam conuerſus dixit: Credis te ba-  
ptizata & Chriſtianam? Ergo credis te quoq; ſanctam. Tanta  
enim eſt vis baptiſmi, vt peccata mutet, non, vt non ſint, ſed ne  
damnent. Illa enim eſt efficacia Baptiſmi, vt omnes tētationes  
amoueat, noſq; ſanctos reddat. Quod autem multi baptizati nō  
ſunt ſancti, hoc ideo fit, quia non credunt Baptiſmo. Ideo Baptiſ-  
mus illis non eſt Baptiſmus. Vxor Antonij Lauterbach Diacono

ni interrogata, respondit se esse sanctam, quantum homo. Imò respondit D. Martinus: Christianus totus est sanctus. Nam si Peccator à Diabolo auferretur, ubi maneret Christianus? Ideo illa distinctio non valet. Obseruandus igitur est Baptismus firma fide, tunc sancti erimus. Sic David Psalm. 86. se sanctum appellat.

### Antipharmacum.

BAPTISMATE dignè suscepto homines iustos & sanctos effici, in confesso est; at ita iustos & sanctos effici, vt propterea iustitiam & sanctitatem illam deinceps amittere nequeant, si dignam baptismate vitam non instituant; id verò paradoxum est & absonum; vt & illud; Baptizatum, licet multis sceleribus coopertum, ideo sanctum esse, & sanctum vocari debere, quia aliquando baptismum suscepit; contraria persuasio adeo mortalium pectoribus insculpta est, vt ne duæ quidem Moniales, Borrha, Pellex Lutheri; & Pellex Lauterbachij, quæ & ipsa Monialis fuerat; se sanctas affirmare ausæ fuerint; tametsi à tam sancto Propheta ad nominis huius honorem sibi vendicandum excitatæ; nonnulla enim absurdiora sunt, quàm vt in mentem & frontem, quantumuis amentem & effrontem, cadant. Et si Lutheri assertum verum esset; tunc faciendum esset, viso in plateis Lutherano, quod se cum illis facturum scripsit Lutherus in Admonit. ad sumendam Eucharistiam Tom. 5. Ien. qui se omnis labis exsortes pronunciabant. Vnd wo ich wüßte / daß dein Ernst were / so wolt ichs warlich bestellen / daß man auff allen Gassen / wo du giengest / alle Glocken leutten müßte / vnd für dir her auffuffen: Die gehet daher ein newer Heiliger vber alle Heiligen / 16.

De

## De Caremoniis Baptismi.

QVÆRITVR XXIX. Vtrum adhibendæ ſint aliqua caremoniæ baptiſmum antecedentes, comitantes, & ſubſequentes. Reſpondet Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 15. ſect. 19. *Quod ad externum ſymbolum pertinet, utinam genuina Chriſti inſtitutio valuiſſet quãtum par erat, ad cohibendam hominum audaciam. Quasi enim res eſſet contemptibilis, ex Chriſti præcepto, aqua baptizari, inuenta eſt benediçtio, vel potius incantatio, qua veram aqua conſecrationem pollueret. Additus poſtea cereus cum chriſmate; exſufflatio verò ianuam ad Baptiſmum aperire viſa eſt. Eſi autem me non later, quãtum vetuſta ſit aduentitia huius farraginis origo, reſpuere tamen mihi & piis omnibus fas eſt, quidquid ad Chriſti inſtitutionem addere auſi ſunt homines. Cùm autẽ videret Satan ſtulta mundi credulitate abſque negotio ſerè inter ipſa Euangelij exordia receptas eſſe ſuas impoſturas, ad craſſiora ludibria prorupit; hinc ſputum & ſimiles nugæ palam in Baptiſmi probrum effra-  
vi licentia inueçta.*

*De hiſ ritibus  
lege Bellarm.  
lib. de Baptiſ-  
mo cap. 24.  
& ſeqq.*

Beza in Apologia contra Franciſcũ Balduinum. *Nec ſpõſores, nec ſtipulationes, nec fidei profeſſiones ſuſtulimus; imò verò illos, non dicis cauſſa, ſed idoneos & legitimos; iſtas verò longè magis expreſſas & accõmodatas adhibemus, quãtum ſi veſtrum illud ABRENVNTIO, & CREDO, quod veteribus multis meritò abſurdũ viſum eſt in infantium Baptiſmo, à veſtris verò uullo modo intelligitur, retineremus. Preces etiam non alias, quãtum ab omni ſuperſtitione puras, & verbo Dei conſentaneas concipimus. Formam autẽ Baptiſmi qualem Chriſtus mandauit, uſurparunt Apoſtoli, & puriſſima Eccleſia obſeruauit, ſedulo obſeruamus. Itaq; quid hic requiriſ? exorcifmos, unctiõnes, cereos, ſputa, cruces, & quid non? At tu, transfuga, potius abi in malam crucem, quãtum Eccleſias nobis à Deo cõmiſſas iſtis ſordibus ruruſum inquinari patiamur.*

*Vide eundem  
Bezam epift.  
8. & 12.*

An-

*Antipharmacum.*

HIS Nouatoribus oppono antidoti loco non tantum illa, quæ de his cæremoniis doctissimè Bellarminus lib. de Baptismo disputat; sed & duos Lutheri libellos de ritu administrandi baptismum, in quibus omnes prope modum catholicis vsitatos ritus retinet, suisque præscribit; licet Lutherani, etiam Prædicantes, paulatim ad *conduplicatam*, imò & *triplicatam* & *quadruplicatam* simplicitatem Calvinianam se transferant, & plerosque baptismalium rituum valere iubeant.

Quæritur XXX. Quid Beza & alij in specie de signaculo sanctæ Crucis (quod & ipsum ex baptismi cæremoniis vnum est) sentiant. Respondeat tibi ipse Beza his contra Balduinum verbis: *De Cruce quid dicam? Fuerit sanè tempus, quo fuit aliquis istius signaculi aduersus Christi crucifixi contemptores vsus: sit etiam diu & libenter à Christianis usurpatus pro externa veræ religionis professione. Cum tamen iam pridem deserit istorum miraculorum vsus, nec inter eos idololatrias versemur, à quibus hoc signo distingui nos oporteat; cum denique eò res deuenerit, ut cum ab Artolatria discessero, nulla sit sub celo talis Magia & Idolomania species, qualis est illa crucis signatio, & spurcissima adoratio, adeò ut quod vni crucifixo nunc in calis regnanti debetur, (de nulla re magis, ut arbitror, sibi plaudente Satana) ad aurum, argentum & lignum publicè sit translatum; tunc à nobis tam horrenda Sacramenti profanationis omnem memoriam, & occasionem sublatam merito potes indignari? Scio tamen nonnullos, sublata crucis adoratione, aliquem signi crucis vsum retinuisse. Utantur igitur ipsi, sicuti par est, sua libertate. Sed, si quas ipsi habent huius signi in Ecclesiis suis retinendi causas, nos certè cur illud nulla modo toleremus, & plurimas & necessarias causas habemus.*

Idem

Idem Beza epist. 8. ad Pseudoepiscopum Londinensem: Crucis consignatio, etsi vetustissima est, tamen quid utilitatis afferat sanè non video & quamvis mirificè & prorsus ὑπερβολικῶς à Chrysostomo præsertim, quasi quadam religionis Christianæ summa commendatur, tamen cum neq; autoritate verbi Dei, neque vlllo Apostolorum exemplo, (ἀπόκρυφα enim illa nihil moror) nitatur, id est, cum omni Dei verbo destituatur, nec sanè etiam ad decorum vlllo modo pertineat; denique cum maximè abominanda superstitioni, & omni horribilissima illi hyperdulia crucis, primum aditum patefecerit, multò minus velim illam inter ἀδιάρκεις numerare, quàm ancum illum serpentem Ezechias.

Idem Beza epist. 12. Signi Crucis, ut olim aliquis fuerit usus, eam tamen esse & quidem adhuc adeo recentem superstitionem maximè execrabilem, certum est, ut rectissimè fecisse arbitremur, qui semel istum ritum ex Ecclesiis expulerunt, cuius etiam non videmus, quæ sit utilitas.

### Antipharmacum.

ADVERSUS hæc Calviniani Bezæ & aliorum Crucis hostium venena, proderit sumere hoc alexipharmacum ex Calviniani synedrij Londinensis apotheca. Nos, privati cuiusq; tum Ministri, tum alterius personæ cuiuscunque, statuimus esse, verum Crucis usum, publica auctoritate præscriptum reuerenter amplecti ac recipere (in baptismo administrando) præsertim cum intelligant res alioqui medias ac indifferentes naturam suam aliquo modo mutare, postquam sub legitimi magistratus edictum vel interdictum venerint, neq; pro cuiusq; libitu præter legem omittendas esse, cum præcipiuntur, nec cum prohibentur, obseruandas. Quo fit, ut propter ipsam Crucis memoriam, quæ apud omnes verè in Christum credentes plurimi semper fuit, &c. Ecclesia Anglicana (Cal-

G

uinia-

uiniana) eius signum in baptizando usq; retinendum censue-  
rit, secuta nimirum ea in re Primitiua & Apostolica Eccle-  
sias, atq; hunc characterem pro licita externa ceremonia repu-  
tans & symbolo honorifico, per quod infans illius obsequio, qui  
Crucis mortem subiit, in perpetuum votus esset & mancipatus:  
id quod ex verbis in libro publicæ Liturgiæ expressis facillimè  
potest perspicere. Hæc & alia multa in laudem sanctæ Crucis  
Caluiniani Angli cōtra Beza & similium Calvinistarum  
calumnias decantant: de quibus itidem actum est in Pa-  
negyrico Miseno & Tom. 1. de S. Cruce lib. 4.

---

## DE CONFIRMATIONE.

**Q**UÆRITVR I. Vtrum confirmatio sit sacra-  
mentum. Respondet Lutherus in captiuita-  
te Babylonica, cap. de Confirmatione, se non  
damnare septem sacramenta, sed tantum in-  
ficias ire, septenarium hunc numerum ex sacris litteris proba-  
ri posse. Non ergo negauit Lutherus confirmationem es-  
se sacramentum; sed hoc solummodo, eam ex scripturis  
probari posse. Et quod de confirmatione diximus, id iti-  
dem de Ordine, Extrema vnctione, & Matrimonio in-  
telligi debet; quandoquidem & hæc in septenario illo  
sacramentorum numero comprehenduntur.

Quæritur II. Num Lutherus in Captiuitate sua seriò  
hæc scripserit. Respondetur, negatiue, quia in disputa-  
tione contra Louanienses ita scribit Lutherus Tom. 2.  
Lat. Witeb. Confirmationem esse sacramentum, sine verbo af-  
feritur. Et sentina Louaniensium mentitur à Christo esse insti-  
tutam. Et eadem est sententia omnium Nouatorum hu-  
ius ætatis.

Quæ

Quæritur III. Quid Calviniani Angli de Confirmatione sentiant. Respōdeo, hoc intelligi ex Decreto conciliabuli Londinēsis, anno 1603 celebrati; cuius sanctio LX. est ista: *Cum solennis, antiqua & laudabilis in Ecclesia Dei consuetudo fuerit, ab ipsis vsq; Apostolorum temporibus obseruata, ut Episcopi quique paruulis Baptizatis, & in Catechismo Christiana religionis instructis manus imponentes, super illis orarent ac benedicerent (quod vulgo Confirmationem nominamus:) cumq; in triennali Episcoporum visitatione mos sanctissimi istius operis peragendi in Ecclesia per multas atates obtinuerit: volumus & ordinamus, ut quilibet Episcopus vel eius Suffraganeus in consueta visitatione sua morem & ritum illum in propria persona diligenter obseruet: quod si tertio demum anno aliqua infirmitate impeditus visitationem suam personaliter obire nequeat, at saltem illud Confirmationis munus proximo anno (prout commodè poterit) nequaquam omittet. Hæc Angli Calviniani. Ex quorum oratione, si quis solummodo verba intueatur, coniiicere posses, eos admodum honorificè & magnificè de Confirmatione sentire. Sed logos vendunt; non enim pro sacramento habent; sed, ut in aliis plerisque, ita & in confirmatione, simiarum instar, Catholicos imitantur, & quia veritatem respuerunt; saltem veritatis vmbra retinere conati sunt.*





## DE EUCHARISTIA.

Quest. 166.

Lege qua de  
altari dixi in  
Muricibus  
cap. 15.

\* Hebr. 13. Ha-  
bemus altare,  
de quo edere  
non habent  
potestatem,  
qui taberna-  
culo deser-  
uiunt.



VÆRITVR I. Vtrum hoc Sacramentum re-  
ctè nominetur *Sacramentum altaris*. Respon-  
det Beza in Quæst. & Responsis de Cœna Do-  
mini, ita, vt satis indicet, se primam illam ap-  
pellationem sublatam cupere. *Vide mihi, inquit, Satanae  
versutiam; nec enim dubium est, quin altaris istius occasione  
fretus, sacramentum in sacrificium, & quidem ἱερατικὸν trans-  
formarit. At \* in scriptis Apostolicis nulla est altaris, sed dunta-  
xat mensæ Domini mentio. Tanti est momenti nihil temerè, ne  
adiaphoron quidem in Ecclesiam inuehere.* Concedit enim  
Beza fuisse in veterum Ecclesiis, aliquã altaris speciem,  
*loco conuenienti positam, quo conferebantur, inquit, dona &  
munera.*

*Antipharmacum.*

BEZÆ opponimus Lutherum, qui in vtroque Ca-  
techismo, *Minore & Maiore*, in ipso etiam titulo, literis  
grandiusculis, nominat Eucharistiam, *Sacramentum alta-  
ris*. Et deinde quærit: *Quid est itaq; sacramentum Altaris?*  
Occlamat Hunnius Tract. *de Eucharistia*, Lutherum hoc  
non facere *more Papistarum*. Scilicet hoc nobis hic curæ  
est, quo sensu Lutherus Eucharistiam Sacramentum al-  
taris vocet; non; vtrum *Sacramentum altaris* vocet: cui  
forsan inuito & reluctanti hanc appellationem veritas  
extorsit: vt cum alioqui perpetuo *Cœnam* crepet; in vtro-  
que Catechismo veterem Nomenclaturam retinere co-  
actus fuerit, tam ad suum & suorum, quàm ad Caluini-  
starum dedecus ac probrum. In Colloquiis itidem Ger-  
manicis est Titulus de *Sacramento altaris*; Et in decursu

ora-

orationis, tertio fermè verbo, *Sacramentum altaris* inuenies.

Quæritur II. Quæ sit materia huius Sacramenti. Respondent quidem omnes, vniuersim & ordinariè materiam esse panem & vinum. Sed iam

Quæritur III. Num in necessitate liceat in locum panis aliud cibi, & in locum vini aliud potionis genus substituere.

Respondet Beza epist. 2. ad Tiliū, id licere. Nam *secundæ generis* (hoc est, eiusmodi, quæ pro occasione & necessitate mutari queunt) sunt ipsa signorū materia, & nonnullorum rituum à Domino institutorum forma, ut exempli gratia, panis & vinum sunt Cænae signa ex Domini institutione. Vbi igitur panis aut vini vel nullus est usus, vel nulla certo tempore copia, num Cæna Domini nulla celebrabitur? Imò ritè celebrabitur, si quod panis aut vini vicem vel ex usu communi, vel pro temporis ratione supplet, panis & vini loco adhibeatur. Hac enim mens fuit Christi, cum panem ac vinum ad hæc mysteria deligeret, ut propositis earum rerum signis, quibus corpus nostrum alitur, veram alimoniam spiritualem velut ob oculos repræsenteret. Itaque à Christi sententia nihil aberrat, qui nullo prorsus nouandi studio pro pane & vino substituat, quæ etsi non parem, similem tamen alimonia analogiam habeant.

Longe adhuc Maiores tibias inflat cum suo Caluino Beza epist. 25. Rogatus Calvinus, inquit Beza, à fratribus, qui tum in America erant, ubi nullus est vini usus, liceretne pro vino uti in Cæna Domini, vel aqua simplici, qua plerumq; illic utuntur, vel alio illic non inusitato potionis genere? respondit, fuisse Christi in hoc instituendo sacramento consilium, ut spiritualis alimonia, id est, sui ipsius xouoriar nobis sub communis cibi ac potus symbolis repræsenteret: ac proinde, si non

fuiſſet tum in Iudæa communis vini vsus, proculdubio alia vulgari potione vsurum fuiſſe, quod ex ipſius ſcopo ac conſilio liquet. Itaq; nihil à Chriſti conſilio ac voluntate alienum facere videri, qui non contemptu, neque temeritate, ſed ipſa neceſſitate adacti, pro vino aliud in iis regionibus vſitata potionis genus vsurparent. Hoc Domini Caluini reſponſum, vt optima ratione nixum, & Chriſti conſilio cōſentaneum noſter cœtus ad eò comprobauit, vt eos ſuperſtitioſe facere cenſuerit, qui à vini ſymbolo vſq; ad eò penderent, vt alteram Cœnæ partem omittere mallent, quàm à *ἀράξου* aliud ſymbolum, ita cogente neceſſitate, vsurpare. Quòd ſi quis obiiciat alterum Sacramenti vſum, quo fit videlicet, vt mutuam coniunctionem ſic quoq; teſtemur; reſpondemus, non eſſe quidem negligendam, ac non tamen ad eò præciſe urgendam analogiam panis ex multis granis, & vini ex multis acinis confecti: ſed ad illam mutuam coniunctionem teſtificandam ſufficere, quòd iſdem in genere ſymbolis nempe cibo & potu vtamur, eandemq; fidem teſtificemur. In hac autem quaſtione eandem valere rationem arbitramur, ſi modò iſ, de quo agitur, vel minimam vini deguſtationem ferre nequit, vt videlicet, potius quàm integram Cœnam nō peragat, vel aqua, vel alia ſibi familiari potione vtatur; neq; dubitet tam ſibi ſub hoc potu, quàm ſub vino ſanguinem Chriſti communicari; cū promiſſio ſit generalis, & ad omnes fideles ſpectet.

Corollaria nonnulla ex Caluini & Beza  
monſtroſa ſententia, vel potius  
ſtultitia.

SEQUITVR I. In locum panis poſſe à Caluinifſis ſubſtitui caſeum, carnes agninas, hœdinas, veruecinas, bouinas, vaccinas, pultes, & quid non? quia omnia iſta eſculenta ſunt,

sunt, manducari idonea. Est autem apta materies tempore necessitatis, quidquid comedi potest: cum Christus in cœnæ huius institutione non speciatim ad symbolum panis, sed ad quodlibet, cui edulij ratio quadrat, respexerit.

II. Sequitur, in locum vini posse substitui aquam simplicem vel medicatam & distillatam, vel cereuisiam; vel *mulsam*, siue, ut vocant, *medonem*; quia in hoc quoque symbolo Christus ita rem instituit, ut cœnæ rationem non simpliciter ad vinum, sed ad quemcunque liquorem, qui potari posset, alligaret. Quocirca iam pridem quoque Philippus Melächthon Ruthenis *hydromelitos* siue *mulsæ*, ex melle & aqua confecti, gratiam in cœna fecit; cum rarus apud illos sit vini vsus: & qua potestate & facilitate Ruthenis hanc prærogatiuam concessit, eadem, sine dubio, concessisset Philippus populis Septentrionalibus vsum cereuisiæ in cœna; vel etiam simplicis aquæ; nam qui *mulsam* concedit, is nihil causæ habet dicere, cur benignitatem suam ad cætera potus genera extendere abnuat.

*Philipp. lib. de  
integro cœna  
& sic.*

III. Sequitur; non tantum alteram partem in aliam, ut, verbi gratia, vinum in aquam; vel panem in caseum, sed & simul in vna eademque cœna panem in caseum, vel in aliud edulium; & vinum in aquam, vel in aliud potaculum commutari posse, quandoquidem Christus in hac institutione cibum & potum spectauit, non præcisè hunc; nempe, panem & vinum.

IV. Sequitur abstemios iam liberè à Prædicantibus poscere posse, ut cœna sibi eo in potu administraretur, quem ferre possunt, siue sit aqua simplex, siue cereuisia, siue *mulsam*. Et ne horum & similium paradoxorum  
soli

soli Calvinus & Beza approbatores censeantur, ecce totam Geneuensem synagogam ad stipulatricem habent. Et ut abstemius alium potum; ita si quis panem comedere non posset; (quales nonnullos fuisse legimus) aliud edulium substituere posset; ut & tunc si ob morbum panem manducare & deglutire æger non valeret. Et esse nationes quæ pane careant, notat ex lib. 8. Arriani, & ex Strabone Hospinianus lib. 5. Sacramentariæ historiæ.

### Antipharmacon.

Luth. hom de  
baptismo, rom.  
7. lat. Viteb.

UT tibi, Luthere, isthæc placent? Dic, obsecro. *Sacramentum corporis & sanguinis Christi, nisi mandatum & institutio seruetur, non est sacramentum: ut si quis pane & vino proposito, ad altare stans pronuntiaret non ipsa verba sacramenti, sed aut Decalogum, aut symbolum Apostolorum, aut sententiam aliquam sacram, aut Psalmum. Aut contra, si non panem, nec vinum, sed aliud quicquam sumeret, ut vel aurum, vel argentum, vel carnem, vel oleum, vel aquam; etiam si pronuntiabit illa ipsa verba institutionis Christi, tamen non esset verum Corpus & verus Sanguis Christi; & ut maximè ad sit Dei verbum, & Dei creatura, tamen non protinus est Sacramentum. quia, non adest institutio & mandatum eius. In ea enim institutione nominatim iussit adhiberi Panem & Vinum; & illa verba dixit; sumite, comedite, hoc est corpus meum, &c. Bibite, hic est sanguis meus, &c.*

Eadem Calui-  
nus lib. 4. Inst.  
cap. 17. §. 43.  
Lege Bellar.  
lib. 4. de Eu-  
char. cap. 7.  
& seqq.

Quæritur III. Qualis debeat esse panis cœnæ, num azymus, an fermentatus. Respondet Beza epist. 12. *Panis azymusne sit, an fermentatus, non magnoperè putamus laborandum, quamvis communem panem sentiamus ordinationi Christi multò esse conuenientiore. Cur enim azymo pane usus est Dominus, nisi quia per id tempus, quo sacram illam Cœnam ipsi visum est instituerè, nullus in Iudæa alio pane utebatur?*

Aut

*Aut igitur Azymorum feſtum ſimul reſtituatur, oportet, aut fatendum eſt, communem & omnibus uſitatum panem exemplo Domini rectius uſurpari, quamuis azymum panem Dominus adhibuerit: ut de veteris parioris Eccleſia more taceam, quem adhuc Græca Eccleſia retinet.*

Idem Beza in quaſtionibus ſuis quaſt. 242. De azymo verò pane quid cenſes? Reſpondet: *Et ſi ea de re nolim, ut de ſumma rerum contendere, liberè tamen diſco nauum eſſe duplicem in iis Eccleſiis, qua azymo potius, quàm fermentato pane utuntur. Hoc enim & Iudaïſmum ſapit, & minus eſt quotidiani cibi analogia accommodatum.*

### *Antipharmacum.*

HVNNIUS Tract. de cœna Domini: *Ut verus & naturalis diſtribuatur panis, eſt res neceſſaria: ſicut enim aqua pertinet ad baptiſmi ſubſtantiã, ſic panis & vinum ad ſubſtantiã Cœnae. Ut autem panis ſit azymus, qualis in noſtris (Lutheranis) Eccleſiis adhibetur, vel fermentatus, id verò proſus indifferens atque liberum eſt, &c. (Libertinis videlicet, non autem illis, qui in pectora ſua demiferunt illud: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.) Si panis azymus in adminiſtratione prima cœnae potuit habere locum, quid ni etiam in noſtra?*

*Lege Bellarm.  
loc. cit.*

Quæritur IV. Vtrum panis azymus Euchariſticus rectè & licitè in formam rotundam & orbicularem conformetur. Reſpondetur; Calviniſtas olim id liberum reliquiſſe; At nunc indies rigidioreſ efficiuntur. Quocirca Calviniani Emdenſes, in libro de ceremoniis Cœnae, panem illum orbicularem, quem vocamus *Hoſtias & Oblata* penitus repudiandum & exterminandum cenſent. Synodus Belgica Calviniana apud Schultingium lib. 9. Hierarchicę Anacriſeos. *Oblati ſeu hoſtiis non eſt utendum in*

20d

H

cœna,

cæna, sed communi pane. Contra hos fusè disputatum est in Muricibus Prædicanticis cap. 14. Hic ex Hunnio contra istud virus aliud medicamentum apponam.

### *Antipharmacum.*

HUNNIUS Tract. de cæna: Est hæc detestanda illorum pseudodoctorum hypocrisis, quod subinde ex necessariis faciunt adiaphora, & è contra res indifferentes in necessarias transformant. Presentiam realem corporis & sanguinis Christi in Cæna, hisce in terris celebrata, repudiant, curiosi interim & superstitiosi circa adiaphora. Et Beza scribit plus quàm hæreticè, licere in defectu panis & vini adhibere res alias, quæ cum pane & vino quandam analogiam habeant: interim accidentali forma panis offenduntur illi homines, hoc est, substantiam panis permittunt cum alia quadam re permutari, haud aliter, ac si sit res indifferens: at circa accidentalem formam mouent rixas, dum nostram ut impiam sine omni causa reprobant; & qualis ea esse debeat, potestate prætoria definiunt ac præscribunt. Quis hic non exclamet cum Christo? Duces cæci, excolantes culicem, & camelum deglucientes.

Quæritur V. Vtrum vino Eucharistico miscenda sit aqua. Respondet Lutherus in Formula Missæ pro Ecclesia Witebergensi. Nondum constitui mecum, miscendane sit aqua vino. Quanquam huc inclino, ut merum potius vinum paretur, absq; aqua mixtura, (Quid nî? sic enim palato cœnantium iucundius & sapidius accidet) quod significatio me malè habeat, quam Isaias cap. 1. ponit. Vinum tuum, inquit, mixtum est aqua. Merum vinum enim pulchrè figurat puritatem doctrinæ Euangelicæ.

### *Antipharmacum.*

Hic vides, cur tam libenter Lutherani, nec dubito, quin & Calviniani, putum putum merum bibant. nam  
hoc

Tom. 2. Lat.  
Witeb.

hoc indiluto potu profitentur doctrinae suae puritatem; in cratere suo lymphas ferre nolunt, ne cum illo cantare cogantur.

*In cratere meo Thetis est coniuncta Lyao*

*Est Dea iuncta Deo, sed Dea Maior eo*

*Nil valet hic, nec ea, nisi sint ambo \* Pharisae*

*A modo propterea sit Deus absq; Dea.*

\* diuisa, se-  
parata.

Contra hoc Lutheri deliramētum muniet te lectio Bel-  
larmini lib. 4. de Eucharist. cap. 10. & 12.

Quæritur VI. Quæ sit forma Eucharistiæ. Respōdeo; hic plusquam Cadmeum bellum inter nouos Euangeli-  
stas bellari. Sunt enim, qui nullam admittāt, ne ipsa qui-  
dem institutionis verba à tribus Euangelistis & Apосто-  
lo Paulo 1. Cor. 11. recitata. Ita enim Lutherus serm. de  
Eucharistia Tom. 7. Lat. Witeb. *Verborum Christi nullam  
rationem habent, sed illa ventorum turbini discerpenda & au-  
ferenda permittunt. Māducate, hoc est corpus meum, &c.  
Hæc, inquam, verba nullius apud illos habentur aut pretij aut  
ponderis, & momenti, sed illa oscitanter transiliunt & præter-  
eunt. Contēdunt in hoc sacramento nihil aliud esse, quàm mor-  
tis Christi annunciationem & prædicationem.*

Zuuinglius quoq; in Responſione ad confessionem  
Lutheri, purgat se & suos, nescio quàm probè, à labe sibi  
& suis à Luthero aspersa, quasi cœna Domini careant;  
*cum eorum cœna nec verba aliqua certa, nec contextum aliquē  
certum habeat.* Certè Bucerus, insignis Zuuinglianus, hæc  
chartis illinere nō erubuit in cap. 26. Matthæi. *Christus,  
nusquam iussit verba ista sua repetere.* Potest ergo cœna  
Zuuingliana & Calviniana absq; verbis Christi institui  
& peragi. Item: *Nusquā iussit Paulus vel Christus, verba illa;  
hoc est corpus meum, &c. super panem & vinum recitare.*  
Quidqd sit de Bucero, Kemnitiuſ certè in 2. part. Exam.



Concil. Trid. sess. 13. cap. 1. Et Westphalus in libro, qui inscribitur; *Recta in Deum fides.* affirmant, inter suos esse, qui verba institutionis simpliciter à cœna reiiciant. Et Lutherus in Colloquiis Latinis, tit. *de cœna* scripsit: *Materia cœna esse panem & vinum: formã corpus & sanguinem Christi.* Idem asserit in Colloq. Germ. tit. *de sacramento altaris:* in *S. de causis sacramenti.*

Præterea non quæritur inter istos, quæ nam verba recitari debeant; vtrum præcisè illa, quæ inueniuntur apud Euangelistas; an omnia, quæ 1. Cor. 11. S. Paulus commemorat. Et hoc quidem posterius iam communis Lutheranorum vsus habet. Lutherus tamen in Formula Missæ formam auspicatur inde: *Qui pridie quàm pateretur, &c.* & terminat illis verbis: *In mei memoriam facietis, &c.* Adde, quod qui Institutionem illam ex Apostolo recitant, id non faciunt, nisi per modum concionis, populi instituendi & commonefaciendi causa, non vt panem & vinum consecrent: quamuis veritas de consecratione ita ipsorum etiam hæresiarcharum præcordiis insita fuit, vt interdum insciis certè, si non inuitis, exciderit: nam in Colloquiis symposiacis Lutheri, tit. *de sacrosancto altaris sacramento* est paragraphus, vom consecrieren des Sacraments. *De consecratione sacramenti.* Subiicitur textus: *D. Martin Luther ward gefragt / ob es in der Prediger Nacht stünde / das Abendmal zu consecrieren. Quæsitum est ex Luthero, num in Prædicantium arbitrio sit cœnam Domini consecrare.* Kemnitijs quoque verba

Eucharistica concedit esse consecratoria,

sed sensu ab orthodoxis

longè diuerso.



Anti.

*Antipharmacum.*

Ab hac Sectariorum inconstantia & incertitudine, vt liber sis ac tutus, lege & in animum demitte, quæ Bel- larminus disputat lib. 4. de Eucharistia, cap. 13. & 14.

Quæritur VII. Quid sentiendum de illo Lutherano Diacono, qui, vt scribit Lutherus in Colloq. Lat. tit. de Cæremonis, cum consecrare deberet in Missa (Lutherana) hostias, putans incongruum esse dicere, HOC EST CORPVS MEVM, dixit: HÆC SVNT CORPORA MEA. Deinde apud ceteros gloriatus est de sua scientia, dicitans, nisi tam bonus fuisset Grammaticus, magnam instituissem haresin, & tãtum vnã hostiam consecrasset. Respondet Lutherus: Huiusmodi multa nebulones in lucem producunt Grammatici, Dialectici, Rhetores scripturam confundentes, sicuti Seruetus, Campanus (Philippus & alij innumeri) Deus suam Ecclesiam conseruet. Bona responsio; Interim tamẽ meminerit Lutherus, hũc tam præclarũ Diaconũ ex sua disciplina p̄diisse.

Quæritur VIII. Num verba Institutionis aliquid valeant, & nonnullam efficacitatem habeant, si proferantur lingua communicaturis ignota, vt latinẽ, apud illos, qui latinam linguam nesciunt.

Respondeo, Lutherum videri aliquãdo existimasse, cœnam nullius aut certẽ exigui momenti esse, si lingua communicaturis ignota, aut tacitẽ, nõ palam & apertẽ, pronũciarentur, nam hinc nata est illa Hungarorũ quorundam petitio ad Lutherum in Colloq. sympos. tit. de sacramento Altaris. *Welche Vngern so zu Witeberg studierten/ Baten/ man wolte ihnen das Sacrament vnder beyder gestalt raichen / weil sie aber nicht teutsch verstanden/ noch die Wort des Abendmals/ so teutsch gesungen worden/ Baten sie/ man wolte ihnen ein sonderlich Abendmal auff lateinisch halten.* Latinus Col-

346

loquiorum translator ita reddidit Tom. 2. tit. de cœnæ Vngari quidam studiosi petebāt Eucharistiam in Ecclesia VVitebergensi sub utraq; specie, quia vero non intelligerēt Germanicè verba cœnæ, petierunt propriam & peculiarem cœnam, latinè, priuatim. Quid Lutherus? Hoc illis denegauit: quia scirent Christi institutionem, manendum tamen illis esse coram communis Ecclesie ordinatione. Esto; verba non intelligerent, tamen cum scirent veram esse ordinationem, & Christi testamentum, & in Ecclesia VVitebergensi publicè & communiter dari per Verbum in Verbo; ideo nequaquam deberēt sese ab Ecclesia separare. Nam multò tutius esset ipsorum conscientis, & minus scandalosum Ecclesie, si communione publica uterētur, quod deinde obedientes cum gratiarum actione fecerunt.

### Antipharmacum.

ETSI Lutherus Vngarorū petitioni nō annuit; nunq̄ tamen hoc vt postularent adducti fuissent, nisi prius ex Lutheri & Lutheranorū doctrina intellexissent, necessarium esse, vt verba cœnæ lingua comunicaturis nota pronūciarentur. Neq; insuetū fuit Lutherō, dogmatis suis contraria & facere & respōdere, & pro varietate tēporis sententiam inconstantissimè mutare. In captiuitate Babylonica optat Lutherus, vt verba Institutionis noto idiomate proferantur: cū ad fidem excitandā referantur. *Vtinā, inq̄t, vt in oculis nostris, aperta altaq; voce pronūciaretur Verbū seu Testamentū (hoc est, verba institutionis) idq; in qualibet populorum lingua, quo fides excitaretur efficacius. Cur enim liceat Gracè & Latinè & Hebraicè Missam perficere, & non etiam Alammannicè, aut alia quacunque lingua?* Hæc doctrina Lutheri fecit, vt qui Germanicā cœnam non intelligebant; latinam poscerent. Beza quoq; quæst. 90. vult verba cœnæ clarè & lingua nota recitari, satis indicans cœnam non valere, vbi hoc omittitur.

Luth. in Form.  
mula Missæ,  
Tom. 2. Lat.  
VViteb.

Quæ-

Quæritur IX. An Minister prolatis verbis ad panem statim possit panem communicatibus distribuere; eoq; distributo, ad benedictionem & distributionem vini procedere. Respondet Lutherus: *Liberum sit Episcopo, quo ordine velit utraq; speciem vel sumere vel ministrare; potuit enim utrunque, nempe panem & vinum continuo benedicere, antequam panem sumpserit, vel inter benedictionem panis & vini statim sese & quotquot voluerint, pane communicare. Deinde vinum benedicere, ac demum omnibus bibendum dare, etc.*

### *Antipharmacum.*

S. AUGUST. epist. 118. ad Ianuarium. *Quod tota per orbem frequenter Ecclesia, de eo, quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima insania est; quia, ut alibi dicit idem S. August. nos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt.* *Epist. 86.*  
At modus, quem Lutherus ex fanatico suo capite præscribit, inauditus & est & fuit, etiam tunc, quando sub utraq; specie populo Eucharistia dabatur: semper enim utraq; species à sacerdote primum consecrata & sumpta est, & postea populo distributa; nec contrarium exemplum proferri potest: nam quod Lutherus de Christo ingerit, quasi ita egisset; cur ipse Lutherus & Lutherani exemplum Christi non sequuntur, cum ubiq; tam sedulos & rigidos Christi imitatores sese non modò profiteantur, sed & iactent? Christus panem fregit. Cur ipsi à fractione adeo abhorrent, ut multi eorum malint solum vertere, quàm cum Calvinistis panem frangere? Cur mane cœnant; ac non potius vesperi cum Christo?

Quæritur X. Num Lutheranus Minister possit communicaturo, seu conuiuæ suo porrigere hostiam seu panem, super quem consecrationis verba non sint pronuntiata. Respondeo: exstat hac de re lepida satis historiola in Colloq. Symposiacis, tit. *de Sacramento altaris*, fulta nõ modo

modo Lutheri, sed & Pomerani iudicio. Audi mira mirissima: Von einem der die gesegnete vnd vngesegnete Hostien für eins hielt / Urtheil D. Martin Luthers / vnd D. Pomers. Ein Diaconus auff einem Dorffe hat das Abendmal administriert / vnnnd nach dem er die verba consecrationis gesprochen / hat er darnach auß vnbedacht eine Partickel verlohren / als er nun dieselbig nicht wider finden konte / vnnnd er einem Baur das Abendmal raichen solte / da gibt er ihm einen Partickel / darüber die Wort der Einsetzung des Abendmals nicht gesprochen waren. Nach geraichter Communion findet ein Baur die gesegnete Partickel / vnd gibt sie dem Caplan / vnnnd schilt ihn / daß er so vnachtsam mit dem Abendmal vmbgieng. Darauf antwortet der Caplan / es were gleich eins / vnnnd kein vnderscheid zwischen den gesegneten vnnnd vngesegneten Partickeln. Diser Fall ist vom Bischoff Nicolaus von Ambsdorff an die Theologen zu Wittenberg gelangt / daß sie ihr Bedencken darauff geben wolten. Da hat D. Martin Luther diß geantwortet.

Gnad vnd Friede. Weil Philippus Creuziger vnd Maior nicht hie seynde / müssen wir zwen / D. Pomer vnd ich / E. H. Antwort geben. Vnd erstlich ist es nit ein Nachlässigkeit / sondern Bosheit / vnnnd zwar ein freyenliche des Caplans / der auß verachtung Gottes vñ der Menschen / darff öffentlich die gesegneten vnd vngesegneten Hostien für ein ding halten. Darumb verwerffe man ihn stracks auß vnser Kirchen / vnnnd lasse ihn ziehen zu seinen Zwinglianern vnd Sacramentierern. Vnd ist nicht not / daß man ihn gefenglich halte. Er hat sich gar von vns gewandt vnnnd entfrembdet / dem auch nit zuglauben noch zutrauen ist / da er gleich einen Lydt thäte.

Aber

Aber der Bawz / der die vngesegete Hostien empfangen / vnd genommen / hat nicht gesündiget / sein Glaub hat ihm geholffen / als der da geglenbet hat / er habe das rechte Sacrament empfangen / vnd hat sich auff Gottes Wort verlassen vnd gegründet.

*Iudicium D. Mart. Lutheri & D. Pomerani de quodam, qui consecratas, & non consecratas hostias pro iisdem sine aliqua tenuit differentia. Diaconus quidam Minister in aliquo pago, ministrabat Cœnam. Is post verba consecrationis dicta, ex inconsiderantia, particulam aliquam amisit. Cum itaque illam inuenire non posset particulam, & tamen ministranda esset vni rustico cœna, dat illi particulam aliquam inconsecratam. Post communionem, rusticus alius inuenit illam consecratam particulam, quam tollit & tradit Diacono illi Capellano, eamque reprehendit acriter de supina hac circa cœnam ministrandam negligentia. Cui Capellanus respondet, quod idem esset; nec esse aliquod discrimen inter consecratas & non consecratas hostias. Qui quidem Casus à Nicolao Episcopo Ambsdorffio perscriptus est ad Theologos VVitebergenses, ut ad eum responderent. Ad quem D. Martin. Lutherus sic respondit cum Pomerano.*

*Gratia & pax. Cum Philippus Cruciger, & Maior non sint VVitebergæ, cogimur nos duo D. Pomer, & ego R. V. Dn. respondere. Et primò Capellani huius non est negligentia, sed malitia, & quidem temeraria; qui ex contemptu Dei & hominum, audet palam tenere ac dicere, quod consecrata, & inconsecrata hostiæ sint vnum & idem, nec vllum inter illas sit discrimen, quare, quamprimum eiiciatur è nostra Ecclesia, & sinatur ire ad suos Zuuinglianos & Sacramentarios. Nec est opus illum incarcerare. Auertit se penitus à nobis; cui etiam credendum non est, etsi iuramentum prestaret.*

*Rusticus verò ille, qui accepit hostiam non consecratam, non*

I

pecca-

peccauit. Fides sua ipsum inuit; quippe qui credidit, quod verum accepisset Sacramentum, diuino verbo firmiter innixus.

### Antipharmacon.

IVDICIVM meum libenter hoc loco ad Lutheri & Pomerani iudicium accommodo, & vltro fateor, rusticum illum, tantundem sub non consecrata per benedictionem Lutheranam hostia accepisse, quantum accepisset sub consecrata: quia ambæ eiusdem sunt valoris & pretij. Et cum fides apud Lutherum omnia perficiat: hic potissimum; vbi Lutherus maximè locum habere vult illud: *Crede & manducaſti*: causæ nihil erat, cur tam asperè in istum bonum *Diabolum*. (Diaconum, inquam,) animaduerneret.

Quæritur XI. Num liceat verba cænæ mutare, si Minister non habeat calicem aut poculum in quo vinum porrigat; ita vt verè dicere nequeat: *Hic est calix noui testamenti*. Huius casus resolutio exstat in Colloquiis Sympoliacis *Titulo de Miscellaneis*. Doctor Martin Luther wurde auß Nürnberg zugeschriben / daß ein Pfarrher ein Gauch / in ihrem Gebiete / einem Weibe hat sollen das Abendmal reichen / vnd da er nicht hat einen Kelch gehabt / da hat er einen Löffel genommen / vnd gesagt: Nemet hin vnd trincket / das ist der Löffel des newen Testaments. Darüber würde D. Martin Luther etwas lachend / aber er sprach: Das mus ein Hube sein. Vnd wann ich were als die Herren von Nürnberg / sowolt ich ihm des Löffels geben. Denn es ist ein blasphemia. Ich wolt ihn ein Jahr lang lassen in Turnwerffen / vnd sagen / diser Löffel gehört in ein solch Löffel Futter.

D. Mart.

D. Mart. Luthero ſcriptum fuit Norinberga quandoq; quòd parochus quidam ineptus & abſurdus, ex ipſorum ditione, mulieri cuidam debebat miniſtrare Cœnam. Sed, cum care- ret tum calice, accepit cochlear, dixitque; Accipite & bibite; hoc eſt cochlear noui teſtamenti. Hic D. Martinus Lutherus ſubridebat nonnihil; ſed mox dixit; Iſte eſt nebulo & impo- ſtor graphicus. Quod ſi ego Dominorum Norinbergenſium eſſem loco; vellem illi dare condignum precium pro hoc coclea- ri. Eſt enim blaſphemia manifeſta. Ad annum illum in carce- rem condicurarem, diceremque; huic cocleari talis debetur ; beca, ſeu corbita.

### Antipharmacum.

SI Lutherus, Pomeranus, aut Ionas tale quid deſi- gnaffent, mitior ſententia lata fuiſſet: imò factum Eu- angelio conſentaneum pleriq; , ſi non omnes, cenſuiſ- ſent: nam ſi Nouatoribus licuit mutare calicem in po- culum, & Germanicum Kelch in ein Becher oder Trinckgeſchier/ oder in ein Tranck/ mirum certè eſſet, ſi huic miſero Ruricola Prædicanti non licuiſſet eâdem Euangelicâ libertate & plerophoria mutare calicem in cochlear: cum de iis, quæ ad ſubſtantiam Sacramenti Lutherani requiruntur, nihil defuerit: nam adfuit panis & vinum: & proculdubio ruralis iſte præco verba inſti- tutionis ex S. Paulo I. Cor. II. ſuper Panem & vinum iam antea recitauerat; & tum tantum, quando mulieri vinum porrexit; dixit: Hoc eſt cochlear noui teſtamenti: quod non immerito fecit: quia mentiri noluit. Men- titus autem fuiſſet, ſi dixiſſet, Hic eſt calix noui teſtamenti; quia cochlear non eſt calix; nec vice verſa.

Quæritur XII. Quid faciendum, ſi aliquid de pani- bus & de vino conſecratis remaneat, & non conſuma- tur.



tus. Respondetur; hic inextricabilem labyrinthum existere: nam in hodiernum vsq; diem Nouatotes constanter definire non potuerunt, quid cum huiusmodi reliquiis agendum sit. Teste enim Luthero, in Colloq. Mensalibus Lat. Tit. *de cœna* Tom. 2. Heluetij olim, Augustani, Ulmenses, Francofordienses, *ceremonias seruabant deformatas, communicabant enim ad mensam stantes, Minister post consecrationem discedebat, relictis communicantibus ad mensam: superfluo vino in terram effuso, & relictis partibus non acceptis.*

Nimis profecto inciuiliter & inhumanè. Quid enim opus erat effundere vinum in terram, quod effundi poterat iu guttur Ministri, vel æditui, vel alterius boni socij? vt quid perditio hæc? Poterat dari pauperibus & sitientibus. Prudentius nunc Lutherani agunt; qui si quid de sanguine non Christi, sed vix superfit, in id, tanquam in vacuam possessionem, aut ipse *Prædicans*, aut *Prædicantissa*, Aedituus aut Aeditua inuolant, & dominium sibi vendicant: credunt enim in vsu consumptibilibus Dominium ab vsu non distingui: tamen si Prædicantes in panibus deuorandis segniores sunt, quam in elambendo vino; vt nuper adeo probatū exemplo Ioannis Baderi Prædicantis Ensiæ in Austria, qui si quid de vino superfit, illud non tantum retro, sed & ante & iuxta altare publicitus elingit, intactis panibus residuis; fortè quia magis sitit, quàm famet: Panesque pro paruulis suis seruat; ne panem desiderent, & non sit qui eis frangat. Quo de more huius *Ensiæ austriaci* buccinatoris existant duo Germanici Tractatuli non ita pridem excusi, lectu non iniucundi. Certè *Monstrantiam* seu *ciborium*, in quo huiusmodi panes asseruent; aptius non habent, quam suos pusiones & pipiones.

Non

Non ignoro, quàm acriter Lutherus inuectus fuerit in M. Simonem Wolferinum Anno 1543. eo quòd vinum ex cœna residuum cum alio vino communi miscere & epotare fuerit solitus: Ex quo sequitur, Lutherum, vinum illud habuisse pro sanguine Christi; nam si pro tali non habuisset, causæ nihil erat, cur tam cholericè in Wolferinum insurgeret. Alibi tamen aliter sensit Lutherus extraque vsum & sumptionem corpus & sanguinem Christi non agnouit: nominatim in Concordia cum Bucero Wittebergæ inita Anno Domini 1536. de qua fusè agit Calvinianus Hospinianus parte secunda Historiæ Sacramentariæ ad Annum 1536.

### *Antipharmacum.*

IN hac tanta sectariorum, tanta in re, dissensione, quilibet animaduertit, verum esse illud, quod olim à S. Hieronymo scriptum est. *Vagi sunt sensus hæretica deceptionis. In tam innumera hæc pestis se findit, ut penitus quos sint, inuestigari nequeant. At Catholica veritas vaga & inuestigabilis non est, quia una eademque est agnita totum per orbem fidelibus.* Occurrit & illud Lutheri Tom. 2. Epist. Lat. ad Stifelium fol. 309. *Ista sectarum pugnantia signum est Satana esse, quod docent, eo quod Spiritus Dei non sit dissensionis Deus, sed pacis.*

Quæritur XII. Vtrum si aliquid de vino Lutherianum in morem consecrato defluat in vestem communicantis, aut in terram, aut alio, illud ore sugi, & pars tali vino tacta radi debeat.

Solutio huius quæstionis intelligetur ex sequenti Historia, quam memorat M. Ioannes Hackenburg, Prædicans Erffurdienſis in libro contra novos Zuinglianos.

gianos. Als im 1542. Jahr Zu Witteberg ein Weib  
zum Abendmal gangen / vnd vngesehr an den Kelch /  
als sie darauß trincken wöllen / gestossen / daß etwas  
Blut Christi auff ihr Kleid / vnd auff den Stul / an  
dem sie kniet / gefallen; Als bald solchs Lutherus  
samt Pomerano / so beide vbergestanden / gesehen /  
lauffens hinzu / lecken das Blut Christi so wol von ihr  
rem Kleid / als dem Stul / lassen den Stul vber  
diß weil etwas eingessen / hoblen / vnd auß dem  
Kleid das Stücke / darauß das Blut Christi gefallen /  
schneiden / verbrennen das Stücke samt den Schnei-  
ten. *Cum anno Dn. 1542. VVitteb. mulier quaedam Cœnam  
adiret Euangelicã; & casu in calicem impegisset, vt sanguinis  
Christi aliquid partim in vestem, partim in sedile, cui geni-  
bus innitebatur, incidere: quam primum hoc Lutherus & Po-  
meranus, qui è regione stabant, viderunt; accurrunt; sangui-  
nemq; Christi partim è veste mulieris, partim è sedili elam-  
bant: quin etiam sedilis locum, qui sanguinem Christi imbi-  
bisse non nihil videbatur, dedolari faciunt; partem autem ve-  
stis muliebris, sanguine Christi tinctam excindi curant: quam  
cum assulis comburunt.*

Si Lutherus & Pomeranus existinassent corpus &  
sanguinem Christi extra vsum & sumptionem in pane &  
vino non esse; haud vtique ad vini linctum tam humili-  
ter sese abiecissent; nec lignum radi & partes vestis asper-  
sas excindi ac comburi iussissent. si alibi non semel, sed  
sæpius Lutherus scripsit extra vsum & sumptionem pa-  
nis & vini non adesse corpus Christi, id mirandum non  
est; quia hanc ab Euangelio suo gratiam acceperat, vt  
vno eodemque ex ore calidum simul & frigidum effla-  
re liceret.

Quæritur XIII, Vtrum corpus & sanguis Christi sit  
sub

sub pane & vino ante consecrationis prolata verba. Affirmat Brentius, in libro, quem *Recognitionem Propheticae & Apostolicae doctrinae* inscripsit: Et adeo quidem affirmat, ut palam scribat, *Magicam Papisticam consecrationem vitari non posse, nisi hoc asseratur.* Nec dissonat Lutherus Hom. de Eucharistia Tom. 7. Lat. Witteberg. ubi dicit; *verba consecrationis non esse nobis data, ut illis Christum è caelo detrahamus* (neque nos hoc docemus; sed data nobis dicimus, ut per illa Christus sub specie panis & vini praesens fiat) *sed nostrae fidei & securitatis confirmanda gratia nobis data sunt, ut sciamus illum certò inuenire.* (Vides ergo verba consecrationis, ut nos appellamus, ideo duntaxat instituta, ut sciamus in pane & vino Christum certò inueniri) *nam quanquam nusquam non sit Christus in omnibus etiam creaturis,* (en manifestum Vbi quistam Lutherum) *& ego illum in silice, in igne, in aquis, adde etiam in laqueo inuenire possim, sicut certò etiam inest laqueo; citra tamen verbum illic quarendus non est.* (Cur non? si certò omnibus rebus inest? nam æquè certò eum illic inuenturus sum, ac in pane & vino; cum æquè certò illic sit) *Est quidem passim omnibus locis, neque tamen vult ut passim illum captes, aut queras, sed ubi verbum esse audieris, ibi captato, & illum rectè & certò capies.* Ergo consecrationis seu Institutionis verba nihil aliud efficiunt, & praestant, quam ut Christum in pane & vino capere & captare possimus; nam licet in aliis itidem rebus verè secundum suam naturam humanam (ita enim intelligit Lutherus) in sit, non sinit tamen in illis se capi aut captari; quia in solo pane & vino capi & captari voluit.

Huc etiam pertinent caelestia illa Lutheri verba, in Defensionem Verborum coenae. *Captio semibi obiciunt: si Christi corpus ubique locorum est, sanè deuorabo & epotabo*  
*id in*

id in singulis œnopolis ex patinis, vitris & cantharis; nec differentia erit ulla inter meam mensam, & Domini cœnam. Nec fuerit eius deuorandi modus aut finis ullus. Nam nos Germani plerique adeo porcorum lutulentissimorum naturam induimus, ut cum honestatis, tum pietatis sensu amisso, de Deo audiamus, tantidem aestimemus, ac si prestigiatorum somnia & nuga recitentur, &c. Ausulta ergo, tu porce, canis, Sacramentarie, aut quises, asine brute, esto, Christi corpus sit ubique locorum, attamen non propediem illud concludes, quod ubique, & singulis rebus Christum deuores & bibas, aut tangas.

Licet Christus sit ubique, tamen non patitur se palpari aut comprehendi: potest quidem ita se enucleare, ut folliculum accipias, & tamen nucleum non apprehendas, quid ita? dicam tibi; quia aliud est, Deum hîc esse, & Deum tibi aut tua causa hîc esse. Tum autem tibi, aut tua causa hîc est, cum Verbum suum addit, eoque se quasi alligat dicendo; Hic me inuenies, si hoc verbum habeas; tum certissimè eum apprehendere, & habere potes, & dicere; Hic ego te habeo secundum verbum tuum.

Et quamuis sit ubique; haud quaquam poteris eum, ut olus deuorare, aut ut iusculum absorbere in mensa tua, nisi Dei voluntas sic ferat. Christus iam insensibilis factus est, nec poteris eum contactu complecti, licet in tuo pane existat, nisi tua causa sese ad certam mensam annectat, teque ad eam mensam suo verbo auertat, & ipse tibi panem suo verbo indicet, in quo se comedi à te velit, &c.

### Antipharmacum.

Ex his Spiritu scilicet æthereo insigniter delibutis verbis quilibet intelligit, cœnæ verba Luthero nihil aliud

aliud eſſe, quàm argumentum, vbi Chriſtus, licet ſe-  
cundum naturam humanam vbique exiſtens; corpus &  
ſanguinem ſuum inueniri, manducari & bibi velit. Ne-  
que hic diſcutiam, num fieri queat, vt corpus, quod vbi-  
que; & ſanguis, qui vbique exiſtit, propriè & verè man-  
ducetur ac bibatur: maneat hoc inter inſcrutabilia  
Theologiæ Lutheranæ arcana. Illud item intactum re-  
linquam, an non ex hac Lutheri doctrina conficiatur,  
quemlibet hanc cœnam Dominicam ſibi & ſuæ fami-  
liæ parare & adminiſtrare poſſe: cuiſlibet enim, & non  
tantum prædicantibus, indicant hæc verba: *hoc eſt cor-  
pus meum; hic eſt ſanguis meus; vbi Chriſtus corpus & ſan-  
guinem ſuum comedi & bibi velit: nempe in pane & vi-  
no ſupra menſam poſito, recitata prius huius cœnæ ex  
Euangelis aut Apoſtolo inſtitutione*

Nec illud quæram, licet quæſitu non indignum, quo-  
modo hæc conſentiant cum Lutheri alibi frequenter  
tradita doctrina: corpus & ſanguinem Chriſti extra v-  
ſum & ſumptionem non ad eſſe: Sacramenta tantùm in  
vſu ſunt Sacramenta, cum vtimur Sacramentis, inquit  
Lutherus Tom. 2. colloq. Lat. Tit. de cœna. At ex præ-  
dicta doctrina iam ad eſt antequam ſumatur, quia vbi-  
que eſt: & ad eſt Sacramentaliter quoque, ita vt capi &  
captari, manducari & bibi in pane & vino queat, quam-  
primum indicia illa: *Hoc eſt corpus meum; hic eſt ſanguis  
meus;* ad panem & vinum accedunt: Ergo antequam pa-  
nis & vinum in os ſumantur & in Stomachum traiciantur;  
iam ſub illis præſens eſt corpus & ſanguis Chriſti.

Hæc ſi Lutheranus Hunnius conſideraſſet; non dixiſ-  
ſet, *in ſola ſumptione corpus & ſanguinem Chriſti ad eſſe: ne-  
que Sacramentum, niſi in ſolo vſu, eſſe:* quod diſertè affir-  
mat Hunnius cap. 16. Tract. de Sacrament. Et cap. 15. in

fine vbi explicans illud Lutheri dictum: *Id quod minister manibus tenet, esse corpus Christi; ex quo sequitur, corpus Christi ante sumptionem adesse: ita inquit. Lutherus de ministro in ipsa dispensatione versante loquitur; nequaquam vero censet panem, cum extra dispensationis actum tenetur ministri manibus, esse unitum cum corpore, sed quando iam is manu ministri in os communicantis imponitur: tum enim statuendum nequaquam est dispensari ab illo solum panem, sed credendum firmiter, *ἄλογον* per ipsius ministerium, interuentu consecrati panis, dare verum suum corpus, & sub vino viuificum suum sanguinem.*

His tantis logis non video, quid Hunnius efficiat, nisi hoc contra suam assertionem, extra vsum & sumptionem adesse sub pane & vino corpus & sanguinem Domini; Nam adest cum panis & calix in ministri manibus, actu; iam in dispensatione versantis tenetur: sed quando in ministri manibus tenetur, non sumitur; ergo si corpus Christi adest; ante & extra sumptionem adest: Et tamen Hunnius negat extra sumptionem adesse: Et iam idem affirmat. Quid si panis, quem minister in os communicantis ingerere volebat decideret in terram: certè corpus Christi ibi esset; quia est in pane, dum tenetur manu ministri in ipso actu dispensandi versantis.

An forte dicet Prædicans? Christum rursus se subduxisse, quando panis non est in os illatus, sed in terram delapsus. Ita desipere videtur; nam nisi hac mente esset, non risisset cap. 16. obiectionem Catholicorum contra vtramque speciem, dum dicit, fore vt in barbis communicantium laicorum species vini hærent.

*Proh Dei hominumque fidem, ex clamat Hunnius; Quae de causa? quia illud, quod barbis adherescit non est sanguis Christi. Et tamen est, si tibi constare velis. Nam sanguis Christi*

Christi

Christi est in vino, quando manibus ministri actu dispensantis tenetur; vt dicit Hunnius: si ergo ibi est, fit vt etiam sub illis, partibus, quæ barbis adhærescunt, fit sanguis Christi. Nisi dicere velit; sub illis guttis vini esse sanguinem Christi, quæ in os ingressuræ sunt; sub illis quæ ad barbam adhæsuræ, non esse sanguinem Christi. Præclarè prorsus. Sed si Lutherus perpetim sibi metipse contradixit, quid mirum si idem faciat Lutheranus Prædicans Hunnius?

### De Ministro Eucharistiæ.

QVÆRITVR XV. Vtrum quiuis homo baptizatus possit esse Minister cænæ. Respondet Lutherus affirmatiuè, tamen si adiungit; *Officium sibi neminem sumere debere, nisi vocatum, excepto casu necessitatis.* Probat, quia, vt ait Lutherus in captiuitate Babylonica cap. de Ordine, nos omnes, quotquot Baptizati sumus, aequaliter Sacerdotes sumus: quia scriptum est 1. Pet. 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, & sacerdotale regnum. Esto iam certus & sese agnoscat, quicumque se Christianum esse cognouerit, omnes nos aequaliter esse sacerdotes, hoc est, eandem in verbo & Sacramento quocumque habere potestatem.*

In libello de instituendis Ministris ad senatum Pragensem. *Sacerdos in nouo præsertim testamento, non fit, sed nascitur, non ordinatur, sed creatur. Nascitur verò non carnis, sed spiritus natiuitate, nempe ex aqua & spiritu, in lauacro regenerationis, suntque prorsus omnes Christiani sacerdotes, & omnes sacerdotes sunt Christiani: Anathemaque sit, sacerdotem alium asserere, quàm eum, qui est Christianus asseretur enim id absque verbo Dei, non nisi ex dictis hominum, vel antiquitate vsus, vel multitudine opinan-*



tium quorum quoduis pro articulo fidei statuere, sacrilegium & abominatio est.

Infra. Tertium officium (Sacerdotale) est consecrare seu ministrare sacrum panem & vinum, &c. Dicimus & hoc officium esse omnibus commune perinde atque sacerdotium. Idque non nostra, sed Christi asserimus autoritate, dicentis in caena nouissima: Hoc facite in mei commemorationem. Quo verbo etiam rasi Papista volunt sacerdotes factos, & potentiam consecrandi collatam. At hoc verbum dixit Christus omnibus suis presentibus & futuris, qui panem illum ederent, & poculum biberent: Quidquid ergo ibi collatum est, omnibus collatum est. Nec habent, quod hic opponant, nisi Patres, concilia, consuetudinem, & fortissimum articulum fidei illorum, qui est; Nos multi sumus, & sic sentimus, ergo est verum. Accedit testis Paulus I. Cor. II. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, Et hic Paulus ad omnes loquitur Corinthios, omnes faciens tales, qualis ipse fuit, id est, consecratores. Hæc & id genus alibi Lutherus, quibus antidotum reperies in Muricibus Prædicanticis cap. 19.

Quæritur XVI. Vtrum mulieres possint coquere & administrare cœnam. Resolutio huius Quæstionis ex præcedente apparet; cum enim mulieres sint sacerdotes, quemadmodum & alij omnes Christiani; sequitur eis hanc potestatem minimè esse negandam. Rogo te, inquit Lutherus lib. de instituendis Ministris quæ est illa magna potentia consecrandi, collata potentia baptizandi & verbi annunciandi? mulier baptizat & verbum vite ministrat, quo peccatum deletur, quo mors aeterna tollitur, quo princeps mundi eiicitur, quo cælum donatur, deniq; quo sese totam diuinam maiestatem in animam infundit. Mirum igitur, imò & plusquam mirum foret, si id, quod plus est, mulier posset, hoc est, baptizare & concionari, & non posset id quod

id quod minus est, hoc est, cœnam coquere & conuiuis apponere. Igitur si quod maius & collatum est omnibus (etiam mulieribus) inquit Lutherus, nempe verbum & *baptismus*; non negatum quoque esse recte dicetur, id quod minus est, nempe consecrare, *Etiamsi deesset scriptura autoritas: sicut & Christus arguit. Anima plus est quam corpus; & corpus plus quam esca. Si Deus hoc donat; quanto magis illud?*

Habemus ergo apertè mulieres, ex Lutheri sententia, cœnam conficere & administrare posse: nam licet interdum musset Lutherus hoc sine vocatione non esse tentandum, nisi cum necessitas id exigit; sæpè tamen nec vocationis, nec necessitatis meminit; sed absolutè innuit, cœnam bonam & probam fore, si à muliere, etiam sine vocatione & necessitate administretur. Nam *baptismus à muliere collatus iudice Luthero, validus est, ergo & cœna, quam coxit mulier, erit vera cœna: nam inter baptizandum profertur verbum Dei viuificum, quod animas regenerat & à morte ac peccatis redimit; quod est incomparabiliter maius, quam panem & vinum consecrare; (& tamen hoc non minus per verbum Dei peragitur, ac baptisimi actio) Est enim summum illud officium in Ecclesia, nempe annuntiare verbum Dei. Itaque & mulieres, dum baptizant, legitimo funguntur sacerdotio, idque non priuato opere sed publico & Ecclesiastico ministerio, quod ad solum sacerdotem pertinet. Hic nihil de vocatione, nihil de necessitate audis; sed id, quod mulieres agunt, ex officio sacerdotij sui agere disertissimè Lutherus asseuerat.*

Deinde quidquid sit de inconstantissimis Lutheri blateramentis, hoc saltem inde colligamus, mulieres æquè ac viros ad concionandum, ad Eucharistiã conficiendam & distribuendam, ad ligandum & soluendum &

ad alia sacerdotalia munia obeunda | vocari | vocatasque absq; vlllo obstaculo his functionib. fungi posse. Et quãuis se ingerant absq; vocatione & necessitate; Lutherus tamen etiam tunc, cum has duas condiciones requirit: (tamen si sæpe non requirit) nec baptismũ, nec cœnam, nec vllam aliam sacerdotalem, actionem à muliere obi, tam in dubium reuocat; sed vt validam subsistere sinit. At de hac Lutheri deliratione pluribus actum est in prædicantibus Muricibus.

Hunnius Tract. de Sacramentis, cap. 13. de Baptismo, à magistri sui Lutheri placito, toto cœlo diffidet. Negat enim, mulieres, etiam in articulo necessitatis, cœnam parare & administrare posse: hancque consecutionem inficiatur: *Mulieres, necessitate exigente, licitè & validè baptizant: ergo cœnam quoq; parare & administrare possunt, si hoc articulus necessitatis efflagitet: Ait enim, Eucharistia Sacramentum haud esse tanta necessitatis, quanta sit baptismus; ac proinde hanc mulieribus rectè permitti; non autem administrationem Eucharistie. Quæ quàm cum Luthero consonent, viderint Hunniani pulli, collatis cum Hunniana assertione iis, quæ antea ex Luthero attulimus.*

Quæritur XVII. Vtrum paterfamilias possit in necessitate administrare cœnam priuatim familiæ suæ. Negat Lutherus in colliquiis Sympos. Germ. Tit. de Sacramento Altaris; quod talis careat vocatione. Secundò quia multi hac ratione ministros Ecclesiæ contemnerent, nec ad eos confugerent; sed ipsi sibi cœnam pararent.

### *Antipharmacum.*

QVAM hæc consentanea sint iis quæ ex captiuitate Babylonica, & ex libello de instituendis Ecclesiæ Ministris

niſtris recitauimus, per ſe liquet vel obiter Lutheri primos enthuſiaſmos intuentibus: ſed Lutherus eam gratiam apud aſſeclas ſuos reperit, vt ei nullam inconſtantiã dent probro ac crimini.

Quæritur XVIII. Vtrum eſſet verum Sacramentum (Lutheranum) ſeu cœna, licet à Diabolo conficeretur. Quid ad hanc Quæſtionem reſpondendum ſit, docebit te Lutherus ita in libro *de miſſa priuata & vnctiõne ſacer-* Tom. 2. Lat. *tali* ſcribens. *Ego non dicam, quod Papiſta dicunt, nullum* VVitteberg. *Angelorum, ne Mariam quidem ipſam, &c. conſecrare poſſe; & cõtra dico; ſi Diabolus ipſe veniret (ſi modo præ malitia poſſet rebus Dei tam diu intereſſe) ego autem pono, vt poſtea reſciſcerem Diabolum ſic irrepiſſe in officium Paſtoris Eccleſiæ, in ſpecie hominis vocatum eſſe ad Prædicandum, & publicè in Eccleſiã docuiſſe, baptiſaſſe; celebraſſe Miſſam, abſoluſſe à peccatis, & tali munere functum eſſe iuxta inſtitutionem Chriſti, tunc cogere mur fateri, Sacramenta ideo non eſſe in efficacia: ſed verum Baptiſimum, verum Euangelium, veram abſolutionem, verum Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti nos accepſiſſe. Fides enim noſtra, dignitas & efficacia Sacramentorum, non nituntur qualitate perſonæ, ſiue bona ſit ſiue mala, vnctã vel non vnctã, vocata legitime vel non vocata, Satan vel Angelus, ſed nititur Chriſto, & verbo eius, Chriſti que mandato & ordinatione, vbicunq; illa ſunt, ibi ſunt vera Sacramenta, perſona qualiscunq; tandem ſit, aut eſſe poſſit.*

Hæc Lutherus: nec alio fine, quam vt oſtendat, Diabolum poſſe Euangelizare, fungi officio Miniſtri & Paſtoris, porrigere Sacramentum, &c. Neque ego affirmare auſim, inquit Lutherus, Diabolum nunquam fuiſſe Paſtorem aut concionatorem.

Anti-

*Antipharmacum.*

SI Diabolus potest verum Sacramentum conficere & administrare, multò magis mulier, multo magis quilibet alius generis masculini, baptizatus, cum per baptismum omnes nascantur sacerdotes, vt super audiuimus Ex quo sequitur Diabolus non esse sacerdotem, cum non sit baptizatus; & tamen potest cœnam parare: *nam si nunc Diabolus aut membrũ eius, inquit Lutherus, ordinationem Christi seruat & habet, tunc vera & efficacia ministrat Sacramenta, nam Christus propter Diabolus aut impios homines non sit mendax erga Ecclesiam; sed nihilominus verum baptismum dat, verum Sacramentum corporis & sanguinis Domini porrigit, cuiuscunque manu, pij vel impij ministratur.* Ex qua doctrina Lutheri rursus conficitur, *membra Diaboli;* hoc est, etiam non baptizatos homines, cœnam conficere & administrare posse, vt Iudæos, Turcas, Ethnicos; quandoquidem nihil aliud requiritur, quam vt panem & vinum, & verba institutionis integrè & fideliter adhibeant, & repræsentent.

Quæritur XIX. Vtrum scelerati & flagitiosi Ministri Sacramentum verè conficere & administrare possint. Ad hanc quæstionem responsum affirmatiuum dari debere satis manifestum relinquitur ex Quæst. XVIII. Ad eandem affirmatiuè respondet quoque Lutherus in Colloq. Sympos. Germ. Tit. de *Sacramento Altaris*: quia Sacramentum non fundatur in sanctitate personæ conficientis & administrantis, sed in verbis & institutione Christi. In captiuitate Babylonica cap. de Eucharist. *Sicut impius potest baptizare, ita potest & promissionem huius Sacramenti (altaris) proferre & ministrare vescitibus, & simul ipse vesci, sicut Iudas traditur in cœna Domini.*

Quæri-

Quæritur XX: Quid si Minister sit infidelis, qui Sacramentum nihili æstimet, vel recta & orthodoxa fide careat, sitq; hæreticus, num verum Sacramentum consecrabit & ministrabit. Affirmat Lutherus in libro de *Missâ priuata & unctione sacerdotali*, vt antea audiuimus: Idem docet in *Colloquiis Mensalibus* loco Q. 19. citato. At statim ibid. seq. Paragrapho, limitationem adiicit: nempe: *Ministram infidelem & hereticum porrigere corpus & sanguinem Christi si Ecclesia, hoc est, præsens cætus fidelium sit fidelis & orthodoxa deditus. Nam ubi est confessio verbi, Gott geb der Bubs sey wie er wöll / inquit Lutherus, tamen Sacramento nihil decedit. Os decipitur, fides non decipitur. Si verba institutionis ab Ecclesia publicè audiantur, tum periculum hæret in impio Ministro non in Ecclesia, quæ credit verbis & accipit id, quod verba significant; Et fides pro corpore & sanguine Christi habet.*

Quæritur XXI, si talis infidelis Minister publicè cõtra Sacramenti veritatem doceat & concionetur; num verum Sacramentum conficiat; & num ab illo cœnam sumere liceat. Responder Lutherus *Colloq. Symp. loc. cit. negatiue* quia hic non tantum cessat dignitas personæ, sed res ipsa inquit Lutherus. *Neque Sacramentum adest: quia Sacramentarij tollunt substantiam rei, neque quidquam in Sacramento habeat præter nudum Panem & vinum.*

### *Antipharmacum.*

QVAM hæc consonent cum doctrina quam tradidit Lutherus in lib. de *Missâ priuata* & alibi satis planum est ex quæst. 17. & 18. Magnum fuit Lutheri in Sacramentarios odium, qui ipsum Diabolum maiore honore & potestate in cœna conficienda & distribuenda dignatus est, quàm Sacramentarios: nam doctrinam illam de Diabolo

L

nun-

nunquam reuocauit: sicut reuocauit illam, quod cœna à quouis, qui panem & vinum, & verba cœnæ adhibet, confici, talisque veram Domini cœnam parare & administrare possit.

Quæritur XXII. Vtrum Papistæ habeant & ante Lutherum habuerint, verum Sacramentum altaris. Affirmat Luthetus lib. de Missa priuata. ita scribens. *Quando pastores passim in Ecclesiis parochianis sub festum Pasche & aliis, sub altera specie porrexerunt Sacramentum, verè ibi adfuit corpus Christi.* Et si negat sub specie vini fuisse sanguinem, eò quod sacerdotes vinum solummodo pro se, non pro aliis consecrarint; quod arbitratur Lutherus institutioni Christi repugnare.

Sed Luthero oppono Lutherum, qui in confabulationibus Symposiacis, Titulo *de Sacramento Altaris*, apertè fatetur, Papam habuisse *vera Sacramenta, Biblia vera, Et potestatem clauium*: Et in libello de vtraque specie Tom. 2. Gen. Germ. *Darumb ist in der Papisten Kirche wol das Sacrament.* *In templis Papistarum est verum Sacramentum.* Et necessario dicere debet Lutherus, si constare sibi velit (quamuis quomodo Vertumnus sibi constaret?) sub calice, seruatis institutionis verbis, sanguinem quoque contineri, licet calix pro pluribus non consecretur; nam ipse & Prædicantes concedunt, esse veram & legitimam cœnam, quando pro solo ægroto panis & vinum apparatus; & tamen ita tunc instruitur, vt nemo inde participet, nisi solus ægrotus. Putat quidem Lutherus Colloq. Lat. Tit. *de cœna* bonum fore, si Minister simul communicet; sed Lutherus id non inādat: Et quid si pluribus ægris cœna sit ministranda: num Minister, qui sæpe vno in oppido vnus est cum omnibus & singulis ægrotis cœnabit?

Quæri

Quæritur XXIII. Quid Calvinistæ ſentiant de Mi-  
niſtro cœnæ. Reſpondeo, in Calvinistarum culina cœ-  
nam hanc non poſſe coqui, niſi ab illo, qui Miniſterio  
verbi utitur. Alij, iudicio horū, fruſtra ſunt, quidquid in  
huius cœnæ paratura conentur. Quapropter Beza Epist.  
2. ad Tiliū inter illa, quæ ſimpliciter ad Sacramen-  
tum neceſſaria ſunt, recenſet Miniſtrum legitimè vo-  
catum, aut in legitima Cathedra ſedentem. Si merè  
priuata perſona eſt, inquit Beza, q. 197. *inanis eſt tota a-  
ctio. Sin vero ſedet in Cathedra miniſterij, quamuis illegiti-  
mè vocatus, ſiquidem inſtitutionem Domini ſeruat; aliud ſta-  
tuendum eſt, ut de baptiſmo antea reſpondimus. Par enim eſt  
ac eadem vtriuſq; hac in parte ratio.*

Concedit ergo Beza à Miniſtro pontificio Eucharisti-  
am legitimè cōfici & adminiſtrari poſſe, quandoqui-  
dem eadem eſt huius ratio, quæ baptiſmi: Baptiſmum  
autem validè à pontificio Miniſtro adminiſtrari, liben-  
ter dat Beza, qui in ſuper liberaliter nobis largitur, Sacra-  
menti *confectionem in ſolidum à Dei inſtituto pendere per  
quemcunque tandem miniſtrum agat: Etiamſi falſum doceat,  
aut vitiis ſcateat, aut nihil minus cogitet aut credat, quàm id  
quod agit.* Componat hæc, qui volet, cum Lutheri dictis,  
de quib. antea: & pulchram harmoniam inter nouos  
iſtos Euangelistas audiet.

Quæritur XXIV. *Vtrum quis ipſe ſibi poſſit Sacra-  
mentum adminiſtrare.* Nequaquam, inquit Lutherus in  
confabulationibus potatoriis, Tit. *de Sacramento Alta-  
ris: Quia minimum ad eſſe debent duæ perſonæ, altera,  
quæ Sacramentum dat, altera, quæ accipit: quem-  
admodum & mulier in articulo neceſſitatis poſteſt  
infantem baptizare, at infans non ba-  
ptizat ſeipſum.*



*Antipharmacum.*

Ex hoc sequitur nullum prædicantem cœnare posse, nisi præsentem alio Prædicante, à quo cœnam accipiat: nisi fortè Prædicans, quando solus & absque vlllo Symmysta, vt fit in pagis & oppidis innumeris, cœnam non ipse sibi in os ingerit, sed ab ædituo, aut rustico honoratiore accipit: hoc enim necessario faciendum est, si Lutheri doctrina pro vera accipitur; quandoquidem vt infans seipsum baptizare, sic & vnus solus cœnam sumere nequit. Quam autem hæc concinant cum illis, quæ iam supra ex Luthero, præsertim ex libro de Missa priuata attulimus, quilibet paulò consideratior, etiam absque meo admonitu, intelligit.

*De suscipientibus Eucharistiam.*

QVÆRITVR num ægrotis, & qui publicos Ecclesiæ conuentus adire nequeant, cœna sit administranda.

Respondet Lutherus in Colloq. Lat. Tom. 2. Tit. de cœna. *Ego quotidie mecum considero & cogito, qua ratione priuatam illam infirmorum communionem abrogare possem. Quod igitur Lutherus efficere decreuerat, hoc postea gnauiter effecerunt Calvinistæ, Quidam enim cœnam ægrotis concedunt, sed ita, vt adsit cæuis aliquis simul communicantium quem modum indicauit Lutherus in Colloq. Lat. loc. cit. optabat enim, vt ægroti cogerentur talem seruare modum, quem ego infirmus seruaui, inquit: vbi cum aliis pluribus fiat communio.*

Alij tam morosi ac difficiles sunt, vt ne hac quidem conditione ægrotos cœnare patiantur: quia vt Beza dicit, Quæst. 241. *videtur, nescio quomodo cum institutione cœna Domini pugnare, vt tota cessante reliqua Ecclesia domus*

domus aliqua extra ordinem illa mysteria celebret. Deinde nisi apud omnes agrotos id fiat, quomodo vitabitur προσωποληΐας suspicio? Quòd si apud omnes agrotos celebranda est cœna Domini, viderini pastores, quomodo possit eius profanatio vitari, & ipsi tantis laboribus sufficere. Nihil igitur me mouet quorundam consuetudo, quantumuis vetus; quia, rationibus, non exemplis iudicandum est. Denique illud certum est, ex hoc more, tria pessima in Ecclesiam esse inuecta; nempe, initio quidem signi utriusq;: deinde, vino acescente, tantum alterius signi asseruationem, qui error disertè contra Sacramentorum naturam facit. Hinc igitur alius error exortus, quasi magica quadam pronuntiatione alligata sit signores significata, &c.

### *Antipharmacum ex Caluino Epist. 51.*

DE cœna administratione ita sentio, libenter admittendum esse hunc morem, ut apud agrotos celebretur communio, cum ita res & opportunitas feret. Nec magnoperè etiam repugnandum esse, quin maleficis detur, qui plectendi sunt; si quidem postulent, & ad receptionem satis comparatos esse appareat: hac tamen lege, ut sit vera communio: hoc est, ut panis in cœtu aliquo fidelium frangatur.

Idem Caluinus Epist. 361. Cur cœnam agrotis negandam esse non arbiter, multa & graues causæ me impellunt. Video interea quàm procliuius in multos abusus sit lapsus, quibus prudenter seduloque occurrendum esset. Nisi enim sit communicatio, perperam deflectitur à sacra institutione Christi. Conueniat ergo aliquis cœtus oportet ex cognatis, familiaribus & vicinis, ut fiat distributio ex mandato Christi; deinde coniuncta sit actio cum mysterij explicatione: nec quicquam à communi Ecclesie ratione diuersum.

Idem Caluinus Epist. 363, Ex natura, sine & usu mysterij

probe mihi colligere videor, non esse tanto bono priuandos qui vel diuturno morbo laborant, vel de vita periclitantur. Ad fidei confirmationem valet tesseram accipere, quasi ex Christi manu, qua certiores fiamus, nos in eius corpore censer, carne eius & sanguine pasci in spem aeterna vita. Itaque Cæna perceptio nos ad obeundas spirituales pugnas instruit. Iam si pius quispiam è mundo migrandum sibi videat; quia fieri non potest, quin oppugnetur ac vexetur multis tentationibus, merito se armari cupiet ad sustinendos conflictus. An eripiendum est singulare adiumentum, quo fretus ad luctam alacrius descendat, & victoriam obtineat? Tum prohiberi, quo minus liceat profiteri, & testatum facere pietatis consensum cum Ecclesia, durum est, ac mali exempli, siue quis in lecto diu iaceat, siue morti sit vicinus. Atqui Cæna sancta inter filios Dei unitatis est Symbolum. Quamuis breuiter rem attigerim, agnoscis tamen quibus rationibus adductus, agrotos, non esse arbitrer à communicatione arcendos Neque tamen ea de causa velim turbas mouere, scis in hac Ecclesia alium esse morem. Acquiesco, quia utile non esset contendere, &c.

Contendisses, ô Caluine, si cum Geneuensibus contendere securū existimasses: sed quia videbas litē abs te excitandam non carere periculo, ideo ab omni contentione abstinuisti. Postea admiscet Calvinus nonnulla de suo fermento, vt scilicet celebretur cæna apud ægrotos, sed non nisi collecto simul cœnantium cœtu. Quod tamen vt vidimus, Bezano stomacho non arridet.

*Aliud Antipharmacum contra venena  
Bezæ ex Hunnio.*

HVNNIVS Tract. de cæna cap. 14. ex instituto refellit argumenta Bezæ contra cœnam ægrotis dandam, & ad primū illud de personarum acceptione & cœnæ profana-

fanatione ita respondet: Deum immortalem, quid audio? siccine decet ineptire coram orbe Christiano: siccine cacutire in serena clarissima veritatis luce? Quod enim hic Nugator de profanatione obiicit; cum seruetur institutio saluatoris, cum ad cœnam usurpandam maximè sint idonei homines sensu suorum peccatorum exterriti & perturbati, quales solent esse egroti, cum Christus se profiteatur medicum non validorum, sed eorum qui malè habent, hoc est, qui iram Dei aduersus peccata persentiscunt, indeque dolent, cum ad se inuitet laborantes & oneratos, eisque animarum refectionem spondeat, cum apud illum perinde sit, siue duo, siue tres, siue plures in suo nomine sint congregati; cum denique Christus ipse non dubitaret loco priuato, imò si sic dicere liceat priuatissimo, primam suam cœnam & instituere, & agitare; quis tandem locus erit profanationi, si secundum tenorem institutionis administraretur cœna egrotantibus? Hoc verè est nugas vèdere, & stolidissimis ratiunculis inexpugnabilem rupem veritatis ridiculo conatu oppugnare.

Ad alterum, quod ministri non possint sufficere visitandis omnibus ægris, & cœnæ pro illis parandæ, hoc responsum dat Hunnius. Quis vero non intelligit, esse hunc inanem atq; frivolum pretextum, imò puram putam falsitatem? Nonne enim in Ecclesiis Augustanam confessionem professis Ministri huic labori expediendo sufficiunt? atq; sic praxis Ecclesiarum nostrarum illam impossibilitatem Beza, quàm dilucidissimè refellit. Quemadmodum neque hæc προσωποληψία regnat apud nos, ut quibusdam egrotis detur cœna, quibusdã licet petentibus, non detur. Omnib. inquam, ex æquo, tam pauperi, quàm diuiti petenti administrari cœna solet. De Calvinisticis autem ministris scimus, quòd illustribus personis in lecto decumbentib. Cœnam administrant domi; ceteris vero sub hoc pretextu denegent, quod fas non sit, egrotantibus loco priuato

uato cœnam administrare. Qua in re coram Deo & hominibus testatum faciunt, se verè esse inutiles mercenarios, qui labores subterfugiant, & oves suæ fidei concreditæ hoc pabulo animæ, & presentissimæ consolationis medio remediog, destituant eo ipso tempore, cum maximè omnium illo habent opus. Cuius impietatis rationem grauissimam cogentur reddere iusto iudici in nouissimo die.

Hæc Lutheranus Hunnius cōtra Calvinianum Bezã. Vide, quæ de cœna ægrotis danda fusè in Calvinistarum placitis disputauimus in Muricib. Prædicantibus cap. 12.

Caluiniani certè admodum hîc discordant, nam *Musculus* in locis Theologicis docet morituris, ægrotis & captiuis, qui propter flagitia sua morti adiudicatur, non esse dandum sacramentũ corporis & sanguinis Christi: & addit, esse insidiosam opinionẽ & Papisticã superstitionem, eiusmodi hominib. porrigere cœnã Domini. De ridet etiã eos, qui sacramentũ appellant viaticũ, Beza cōtra *Vestphalũ*, itẽ *Bulling*, in 1. Homil. de cœna Domini, edita an. 53, & in *Decade 5. de cœna Domini*, similiter asserunt, q̄ ægrotis, etiã petentib. nõ sit danda cœna Dominica.

*Memini Antuerpiæ*, inquit *Schlüsselburgius* Lutheranus Superattendens, Anno 1581. & 1582. multos Sacramentariorum auditores, morituros, & in summis tentationib. constitutos, ab *Isebrãdo*, *Casparo Gentili*, *Ieremia*, *Abbate Thoma*, & aliis ibidẽ Calvinisticarum Ecclesiarum turbulentis & factiosis Doctõrib. petere, per & propter Christum, sacra cœna communicationem, verum illis simpliciter à Calvinistis, hoc de negatum est. Vnde etiam quidam ex Calvinistarum discipulis ad nostram Ecclesiam accesserunt, renuntiantes Heresi Zuuinglianorum.

*Arelius* Minister Bernensis in Serm. de cœna, damnat, tanquã corruptum Ecclesie morẽ, ægrotis domi præbere Eucharistiã. Idẽ *Arelius* negat sacramentũ ad ægrotos esse deferendũ, tanquã viaticũ morituris, Sunt tamẽ alij, qui secus sentiãt: nam

Hen-

*Henningius in Commēt. super Epist. Apost. aſſerit, Cœnam Domini rectè vocari Viaticum, propterea, q̄ admoneat ante mortem ſumētes hanc Cœnam, q̄ Chriſtus ſit iſtis via ex his arumnis & morte ad perpetuam fruitionem Dei, in aterna vita; & addit, hanc ſignificationem diligenter omnibus, ſed potiſſimum morituris, inculcandam eſſe, quòd videlicet virtute corporis Chriſti, quod in cœna accipimus, reſuscitemur à mortuis, & quòd corpora quoque noſtra debeant reſurgere ad vitam aeternam.*

*Idem Hemmingius in Syntagmate ſcribit, rectè fieri in Eccleſiis (Lutheranis) quod etiam ſingulis egrotantibus, & petentibus porrigatur ſacra Chriſti Cœna, vt morituris vita aeterna, in Chriſto promiſſa, obſignetur. Ita de O Ecolampadio Lauatherus ſcribit, quòd is, egrotis petentibus Cœnam Dominicam non denegauerit.*

*Cureus laudat conſuetudinem, q̄ etiam priuatim ſacra cœna ad egrotos deferatur. Idem in Spongia ſua ſcribit, quosdã ex Heluetiis Zuuinglianis requirere, vt corpus & ſanguis Chriſti ad egrotos deferantur: neminem verò ex iſtis hoc damnare, ſed tanquam ad id quod eſt permittere. Hoc maniſeſtiſſimè falſum eſſe, reſtatur Muſculus in locis communibus. Item, Beza contra Heſhuſium & VVeſthalum. Denique Petrus Martyr in cap. 10. Epist. 1. ad Corinth. Concedit egrotis dandam eſſe cœnam.*

*Ita iſti ſine more & modo ſpiritu vertiginis circum agitantur; & quod vnus probat, alius improbat; vt fieri neceſſe eſt, vbi ſuum cuique iudicium, credendi & agendi regula eſt; & ſi quiſquam Calviniano ſpiritu ad Euchariftiam egrotis negandam, occaſionem dedit, Lutherus dedit vt ſupra vidimus: qui etiam Tom. 2. Ien. Germ. in Tract. de communione ſub vtraque, concedit, vt Euchariftia pro egrotis, in Monſtrantia aſſeruetur: ſed addit; ſi Euangelij cognitio altius in corda hominum deſcenderet,*

M

facile

facile quemlibet animaduersurum, agrotis sacramento nil opus esse, sed sufficere eis verba cœna, in his enim totam vim positam: & satis esse, si sani Eucharistiam sumpserint, & in articulo mortis eam non contemnant.

Quæritur XXVI. Vtrum saltem cœna apud ægrotos, & extremo supplicio afficiendos ita probari & tolerari possit, si mittatur ægris ex publica Ecclesiæ cœna, eodem modo, quo Germani de lautioribus epulis & conuiujs, amicis absentibus vel ægrotantibus mittere solent portionem, quam vocant ein *Bscheidessen*.

Respondeo, hunc morem non vsque adeo displicere Bezae, imò vehemēter arridere. Ita enim scribit quæst. 241. *Fuit hæc initio veteris Ecclesiæ consuetudo, ut agrotis à publico conuētu absentibus transmitteretur per Diaconos Eucharistia, quo tempore videlicet à cæteris in eo conuentu mysteria celebrabantur; quoniam quos vnus morbus adesse corpore prohibebat, haberi pro presentibus par erat: neq; dubito, quin ea res magnam agrotis consolationem attulerit, quem ego mox magnopere velim restitutum. Sed an quo tempore Cœna Domini in Ecclesia non administrabatur, expediat ad agrotos celebrari, de hoc valdè ambigo.*

Quam doctrinam videtur Beza suxisse ex suo Caluino, qui epist. 363. cœnam apud ægrotos ita excusat, quòd censeriqueat pars vel appēdix publicæ actionis, hoc est, publici illius in publico cætu celebrati conuiujs. Si hoc ita; cur Caluini sectatores non sequuntur præcipuos suos duces? Imò cur ipse Calvinus & Beza id quod agendum iudicabant, non egerunt?

Quæritur XXVII. Vtrum Rustici, qui orare nesciunt, sint ad cœnam admittendi. Hanc quæstionem expediet nobis hæc historiola à Luthero in Culinarijs Colloquijs  
reci-

recitata, tit. de Miscellaneis: D. Martin Luther ſagte/  
daß der Pfarther zu Holtzdorff ſeine Bauern nicht bette-  
ren wollen zum Abendmal gehn laſſen/ dieweil ſie nicht  
betten geköndt die Hauptſtuck deß Catechiſmi. Nun  
verklagten ihn die Bauern vor den Viſitatoribus, da  
antwortet der Pfarther: Liebe Herren/ich geſtehe es/  
daß ich ſie nicht haß wollen zum Abendmal gehen laſ-  
ſen/dann ſie können nicht betten. Da fuhr einer auß  
den Bauern herfür/vnd ſprach: Wir dörfſſen nicht bet-  
ten /dann darumb halten wir euch / vnnnd geben euch  
ewren Lohn/daß ihr für vns betten ſollet. *D. Mart. Lu-  
therus dicebat; quod Holtzdorfenſis parochus priuaſſet Cæna  
Paſchali ſuos ruſticos; eo quòd ignorarent capita Catechiſmi.  
Itaque accuſarunt ipſum apud Viſitatores ruſtici: ſed reſpondit  
Parochus; Obſeruandi Domini, fateor, quòd illis Cænam dare  
recuſarim: quia neſciunt orare. Hic prorupit ruſticorum qui-  
dam, & inſit; Non tenemur orare: nam eo ſine vos alimus, &  
mercedem ipſam damus, vt pro nobis oretis, & debitas preces  
exſoluatis. Obſerua hic quàm, exorta Iſlebici Euangelij  
luce, Lutherani ruricolæ pij & ſacræ precationis ſtudioſi  
euaserint.*

Quæritur XXVIII. Quid faciendum, ſi perſona æ-  
gra vel alia hoſtiam euomat, vel reuomat, neque ſumere  
poſſit. Reſpondeo, hoc nobis monſtraſſe exemplo ſuo  
Prædicantem, de quo Schererius Concione ſecunda, in  
quartam Quadrageſimæ Dominicam: Es hat ſich vor  
wenig Wochen inn diſer Statt Wien Begeben / da ein  
ſectiſcher eingſchlichner Predicant/ ein Krancks Weiß  
heimblich im Hauß auff Lutheriſch communicierte;  
Das Weiß aber auß Kranckheit das Oblat alſo ganz  
widerumb von ſich gabe/ vnd die Umbſtehenden dar-  
über erſchracken/ ſprach alſobald der Predicant zu den



Leuten: Laßt euch das nicht anfechten/ es ist kein Sacrament mehr. *Ante paucas hebdomadas euenit hic Vienna, vt, cum Lutheranus quidam, & clandestinus Prædicans, agra cuidam femina Lutheranam ministraret cœnam, femina ex infirmitate, integram hostiam regereret, & reuomeret, aded, vt circumstantes hac de causa terrerentur: Tum Prædicans hisse allocutus est turbam præsentem: Hac de causa non angamini, nec vlla cura vos remordeat; nullum amplius est sacramentum.*

### *Antipharmacum ex Luthero.*

*Tom. 5. l. 10.  
Germ.*

LONGE aliter Lutherus in admonitione ad sacramenti sumptionem, vbi ita scribit: Es ist ein Mann gewesen zu Torgaw / des Namen ich nicht nennen wil / der in sechs oder siben Jahren nicht zum Sacrament gangen ist / vnder dem schendlichen Deckel der Christlichen Freyheit / vnnnd solches noch verzogen / Bisß das Stründlein daher kame. Als er nun seines Lebens ein Ende zu fühlen begundt / fordert er ein Caplan / vnnnd bate vmb das Sacrament. Da der Caplan das bringet / vnnnd ihm segundt inn den Mundt raichet / sehret die Seel auß / vnd leßt das Sacrament auff der Zungen im offnen Maul / daß es der Caplan mußte wider zu sich nehmen. Als er aber etel war / daß ers nehmen solte / vnd mich fraget / wo ers hin thun solte / hiesse ichs ihn mit Sewr verbrennen. *Fuit quidam Torgauia, cuius nomen supprimo, qui sex, vel septem annis Cœnam non acceperat, idque sub tegmine fædo ac velamine Christiana libertatis, moramq; rursus fecerat, ac extraxerat vsq; ad supremam vitæ horulam. Is, vbi finem vitæ sibi adesse sensit, Capellanum accersit, petitq; Sacramentum. Verùm vbi allatum est Sacramentum à Capellano, & ori est inditum, abijt anima, & Sacramentum in ore*

ore hianti relinquit, ad eò, vt coactus fit Capellanus, hoſtiam recipere. Sed cum ad eam ſumendam, nauſearet, meq; interrogaret, ubi nam poneret, aut reponeret illam, iuſſi, vt igne abſumeret: Sine dubio illud etiam addidiſti, vt cineres in ſacram piſcinam, ſeu in ſacrarium mitteret? At cur tu iubes, vt comburatur hoſtia adhuc integra; & nullo modo corrupta?

Quæritur XXIX. Vtrum ad Euchariftiam admitti debeat, qui cum alio in iudicio legitimè contendit, nullo in aduerſarium odio flagrans, paratus obtemperare ſententiæ iudicis, qualiſcunque ea fuerit. Reſpondet Lutherus in Colloq. Germ. tit. de *Confefſione auriculari*; non admittendum illum, qui cum aliis publico iudicio contendit: hoc enim parere ſcandalum, licet non ſint inimico in aduerſarios animo. Sed paulo poſt adiecit; *ſerem hanc attentius conſideraturũ, & reſponſurum finito prandio, ubi manus lauerit.* Bene fecit, quod data dilatione inceptiam prioris reſponſi temperauit. Illud factum non benè, quod dictorũ Lutheri obſeruatores & annotatores non prodiderunt, quale hoc reſponſum fuerit. Nec aliud cogitare poſſumus, quam fuiſſe probè lotum, quandoquidem poſt lotionem manuum datum eſt; ſi datum eſt.

Quæritur XXX. Qui nam ſint optimè ad Euchariftiam ſumendam diſpoſiti: ſeu quæ ſint optimæ ad cœnam diſpoſitiones. Hanc quæſtionem acutiſſimè reſoluit pluribus locis Lutherus: cuius ſententiam vt melius aſſequamur, ipſa eius verba adſcribere placet. In ſermone de *preparatione cordis pro ſuſcipiendo Sacramento Euchariftiæ* Tom. I. Lat. Witeb. ita fatur. *Optima diſpoſitio eſt, non niſi ea, qua peſſimè eſ diſpoſitus: & è contra: Tunc peſſimè eſ diſpoſitus, quãdo eſ optimè diſpoſitus. Quod ſic intelligitur. Quod quando ſentis te miſerrimum & egenum gratia, iam eo ipſo ca-*

Matth. 9.

paxes gratia, & idoneus maximè. Rursus, plus quàm mortem & infernum timeas, ne quando sic accedas, ut tibi dispositus videaris, ac dignus, quasi allaturus Deo cor mundum, quod potius tibi fuerat quarendum & recipiendum. Stat firma & insolubilis sententia: Non est opus medico benè habentibus, sed malè habentibus.

Ibid. Magnus & perniciosus error est, si quis accedat ad Sacramentum, ea nixus fiducia, quod confessus est, quod non est sibi conscius mortalis peccati, quod orationes & preparatoria sua promiserit. Omnes hi iudicium sibi manducant & bibunt: quia his omnibus non sunt digni, neque puri: Imò per eam fiduciam puritatis, peius polluuntur; sunt autem puri, per fidem.

Ibid. Hic tractandum est illud Apostoli i. Cor. 11. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & c. Hoc verbum multi sic intelligere videntur, ac si velit Apostolus, nos antè debere accedere, quàm donec inuenerimus nos dignos & puros ab omni peccato. Ideo sibi ipsis faciunt angustiam & carnificinam conscientia, discutiendo, conterendo, confitendo, non solum venialia, sed ea, quæ non sunt peccata. Et his factis (quod est horrendum barathrum presumptionis) iam securè accedunt, nec de fide sua quidquam solliciti. Volunt enim iusti & digni venire, & similes Deo, sicut Lucifer, cum deberent velle iusti & digni fieri & redire à Deo. Potest quidem illud verbum etiam de probatione intelligi, qua homo peccata sua discutit, atque ponderat. Sed ea non est satis; nec pertinet nisi ad insensatos & crassos illos Sacramenti contemptores. Non enim sufficit, ut probes & ponderes, quàm malus fueris, nisi magis ponderes ac probes, quàm bonus fieri cupias, & c. Vera & solida probatio est, si te inueneris inanem quidem, & sine pondere salutis & iustitia, onustum verò ac laborantem in multis malisque cupiditatibus, qui-

quibus inuentis, anhelus ſitias gratiam & miſericordiam, eaſq; non dubites te conſecuturum.

Quocirca acceſſurus ad Euchariftiam hanc deuotiſſimam cum Luthero orationem fundes: Ipſe Diabolus Luth. Tom. 7. Lat. Viteb. ſerm. de Eucharift. nuſquam me non oppugnat, ſumq; omnigenis & grauiſſimis periculis & neceſſitatibus undiq; obrutus & immerſus. Proinde cum verſer in peccatis miſer, mortis & diaboli captiuus, ſentiamq; me in fide infirmum eſſe, in charitate frigidum, moroſum, impatientem, inuidia ſtimulis obnoxium, adeo, vt antè & retrò peccatis ſim contaminatiſſimus. Eam, inquam, ob rem venio, vbi Chriſti verbum audiendi & inueniendi mihi copia propoſita eſt, per quod mihi peccatorum condonatio annuntiat. Ecce ad hunc modum puerorum & ſimplicium animi in Sacramento per diſcendo ſunt erudiendi, vt ſciant, quid ibi quaerendum ſit commoditatis, aut exſpectandum.

In concione de confeſſione & Euchariftia. Tom. I. Lat. Witeb. Dignè ad cœnam accedes; Si ſentias peccati morſus & terrores; ſi tenteris aut à carne, aut à mundo, aut à Satana; ſi ira, impatientia, auaritia, aut cura ventris ſolliciteris; ſi variis exercearis malis, aut nonnunquam etiam in fœda crimina prolapsus ſis, qua malè afficiant animum. Si hæc, atque his ſimilia patiaris, tum ſenties, quàm ſis miſer homo, terreberis conſpectu mortis, frangeris animo, nec poteris eſſe quietus. Actum quidem opportunum erit, vt conſitearis, & Deo de tua miſeria conqueraris, & dicas; Domine Ieſu, ideo à te hoc Sacramentum inſtitutum eſt, & ad nos tranſmiſſum, vt remiſſionis peccatorum per id certificaremur. Sentio autem quàm Sacramento opus habeam. In magna peccata ſum prolapsus: metuo igitur iudicium tuum, & panè deficio. Sentio me infirmiore, quàm qui verbum tuum conſiteri audeam, tot tantiq; laboro vitiis. Quare, venio vt ſanes, conſoleris & conſirmes me.

In

In quinta concione post reditum ex Pathmo Tomo primo, Nouorum operum: *Wer sich noch nicht also befindet/ daß ihn seine Sünde beissen/ vnnnd der Teuffel anfechte/ der gehört noch nicht zu diser Speise. Qui non ita comparatus est, ut peccata propria eum remordeant, & à Diabolo tentetur, ille nondum est idoneus ad hunc cibum.*

Ex quo sequitur, in vltima cœna nullum ex Apostolis ad Eucharistiæ sumptionē aptiorem fuisse Iuda proditore, quia hic maximè & à conscientia vrebatur, & à Cacodæmone tentabatur. Quod etiam ex sequentibus Lutheri verbis colligitur: *Hierausß sollen wir nun beschließlich mercken/ daß die am besten geschickt seyn zu disem Sacrament/ die ire Sünde/ der Todt/ vnd der Teuffel ansicht. Hinc ad extremum animaduertere oportet, eos omnium optimè ad hoc Sacramentū esse dispositos, quos peccata, mors, & diabolus infestant.* Ex quo manifestissimè colligitur Iudam proditorem ad Eucharistiam longè melius fuisse dispositum, quàm aut S. Petrum, aut Ioānem, qui supra pectus Domini in cœna recubuit.

In captiuitate Babylonica, Cap. de Eucharistia in fine: *Concludimus ex omnibus his, quibusnam Missa sit parata, & qui dignè communicent, nempe soli j, qui tristes, afflictas, perturbatas, confusas & erroneas habent conscientias. Nam verbum diuinae promissionis huius Sacramenti, cū exhibeat peccatorum remissionem, securè accedit, quicunq; peccatorum suorum vexatur siue morsu siue titillatione.* Ex quo rursus confit, Iudam Iscariotem fuisse paratissimum & aptissimum ad hoc cæleste Epulum; neque enim fas est credere vllum ex aliis Apostolis habuisse tam perturbatam, tam erroneam & confusam conscientiam, quàm habuit Iudas. Similes ad Eucharistiam dispositiones planè indispositas inue-

inuenies in Tractatu Lutheri de vtraque specie Tom. 2. *Fol. 103. b. edit. 1558.*  
Ien. Germ.

### *Antipharmacum.*

HÆC Lutheri deliramenta accuratè refellit Bellarminus lib. 4. de Eucharistia cap. 17. & 18. Quem lege; & simul hoc à Caluino accipe Antidotum lib. 4. Inſtit. cap. 17. qui vbi §. 40. 41. 42. varia nec ſatis cohærentia hac de re effutiuiſſet, tandem hunc colaphum Luthero infrigit: *Cibus hic ſpiritualis, ſi in animam incidet malitia nequitiaq; pollutam, maiore illam ruina præcipitat.* Et §. 41. dicit, *ad dignam ſumptionem Eucharistia requiri fidem & charitatem.* Et Beza quæſt. 191. ait, probationem ſuiipſius Cœnæ præmittendam, *conſiſtere in doctrina Chriſtiana, ac præſertim huius myſterij cognitione, deinde in fidei plerophoria, tertio deniq; in vera reſipiſcentia, hoc eſt, pœnitentia.*

Quid, quod ipſe Lutherus Tract. de Communionem ſub vtraque Tom. 2. Ien. Germ. ſupradictas diſpoſitiones proprio ore ſuo confodit ac iugulat? Ita enim ſcribit: *Auffs drite / ſtehet die Prüfung darinn / daß du anſeheſt dein äußerlich Weſen / ob du auch Liebe gegen deinem Nächſten beweifeſt / vnd ſin dieneſt / findeſt du nun ſolche Prüfe nicht in dir / ſondern lebeſt wie vorhin / ſteckſt noch voll Vntrew / Haß / Geiz / Zorn / Vnglaubens / O lieber / ſo bleib ſha von diſem Sacrament / biß du ein ander Weſch werdeſt.* *Tertio; probatio in hoc conſiſtit, vt aſpicias, circumſpiciasque te foris, Vtrum ſcilicet amorem & charitatem proximo tuo exhibeas, illique præſtes obſequium. Quod ſi ergò talem probationem & notam in te non reperis, ſed quod more tuo, veteriq; viuas, plenusq; ſis inuidia, atque odio, auaritia, ira, & infidelitate, amabo te, procul abeſto ab hoc ſacramento, dum alius homo ſias.*

N

Ecce

Ecce hic non concedit, vt ad cœnam accedat ille, cuius cor infidum est, odioque, auaritia, ira & infidelitate adhuc flagrans. Et tamē in hoc ipso Tractatu & alibi sapius affirmarat, neminem ad cœnam magis idoneum esse, quàm qui peccatis *ante & retro contaminatissimus* esset: *eumque, qui se mortalis peccati expertem viuere crederet, eo ipso ad hoc Sacramentum suscipiendum inhabilem esse*. Sed inconstantia Luthero non est magis insueta, quàm vlla earum proprietatum, quæ ex intimis humanæ naturæ recessibus promanare solent. Cuius heteroclitum prorsus placitum inde exstitit, quòd non animaduertit, hoc Sacramentum esse spiritualem cibum & potum: quem nō nisi à spiritualiter viuentibus sumi posse, ipsa cibi & potus appellatio & ratio indicat. Nam vbi vnquam auditum est, cibum & potum à mortuis sumptum; vel sumi potuisse? Vt ergo, si corporalem cibum ac potum sumere velis, necesse est, vt viuas; ita si hoc spiritali cibo ac potu vesci cogites, oportet, vt vitam gratiæ participes. *Sumi voluit Christus Sacramentum hoc, inquit Concilium Tridentinum, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viuētes vita illius, qui dixit: Qui māducat me, & ipse viuet propter me: & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis & à peccatis mortalibus præseruemur.* Lege Bellarminum loc. supra cit. Ex quo disces, quàm vanum & prodigiosum sit hoc commentum; præcipuum Eucharistiæ effectum, esse mortalium peccatorum remissionem.

Quæritur XXXI. Vtrum consultum sit, vt quis interdum de industria quædam in confessione occultet; & nihilominus, quamuis scrupulo aliquo propterea vratur, ad cœnam accedat. Respondet Lutherus Tom. 1. Lat. Witeb. in Tract. de Ratione confitendi. *Consulo vt aliquan-*

quando cum ſcrupulo conſcientia quis accedat ad altare, ſeu Sacramentum, videlicet nõ conſitens ſi immodèſtius vel biberit, dixerit, dormierit, aut aliud quid fecerit, aut horam vnã aliquam nõ orauerit. Viſ ſcire quare id conſulatur? Vt homo diſcat in Dei miſericordiam plus fidere, quàm in ſuam conſeſſionem aut diligentiam.

### *Antipharmacum.*

CITAT Lutherus pro hac ſua ſtultitia Gerſonem. At Gerſoni nunquam in mentem venit, vt Clericus horas Canonicas dicere obligatus, ad Euchariftiam, non præmiſſa conſeſſione, accedat. Vel vt quis dedita opera, reticeat exceſſus notos & manifeſtos, quos in vſu cibi, potus, vel ſomni commiſit: ſed illis, qui nimiis & non neceſſariis ſcrupulis exagitantur, neq; vllam quietis partem capiunt, ſuadet, vt aliquando contra ſcrupulorum ſtimulos agant; eorumque nulla habita ratione, ad cæleſte epulum accumbant. Quæ doctrina non ſolius Gerſonis eſt, ſed communis omnium Theologorum, quemadmodum & doctrina, quam hic tradit, & auctoritate Gerſonis velare conatur, ſolius Lutheri eſt; ac proinde repudianda, neque ad aures, nedum ad mentem, admitrenda. Neq; enim qui ex præſcripto Lutheri ageret, miſericordiæ diuinæ plus fideret; ſed temerarius & præſumptuoſus eſſet, non obtemperans illi monito: *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*

Quæritur XXXII. Vtrum abſtemiis ſolus panis ſit porrigendus. Reſpondetur affirmatiuè. Ita enim in Synedrio quodam Gallicano decreuerunt Calviniani apud Schulring lib. 9. Hierarch. Anacriſ. *Panis cæna adminiſtrandus eſt iis, qui vinum bibere nequeunt.* Agimus gratias pro candore & communionẽ ſub vna ſpecie; nam



reliqui Nouatores hic semper restitant, nec disertè quid faciendum sit tali casu proloquuntur, vt videre est apud Hunnium Quæst. de Eucharist. & Hospin. lib. 5. Histor. Sacrament.

Quæritur XXXII. Vtrum indigni sumant verum corpus & sanguinem Christi. Affirmat Lutherus in Colloq. Sympos. tit. *de sacramento Altaris*; vbi ad marginem citantur illa ex hymno Ecclesiæ: *Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali vita vel interitus*. Beza & Calvinistę symbola externa ab indignis sumi fatentur; sed non corpus & sanguinem Christi, eo modo, quo ea à dignis Calvinistis percipi credunt. Statuo, inquit Beza, Quæst. 199. *Elementa à quibusuis, res autem significatas à solis fidelibus percipi: nam res sacramenti non manibus & ori, sed menti & fidei offertur, &c.*

Quæritur XXXIII. Quid agendum cum illis, qui contempto verbo viginti annis non participauerunt cœne. Respondet Lutherus Colloq. Lat. Tom. 2. tit. de Cœna: *Mitti illi ad Diabolum & post mortem illorum in locum Cadauerorum (ita habet elegans versor) sepeliri debent*. Eadem in Colloq. Germ. tit. *de sacramento Altaris*.

Quæritur XXXIV. Vbi sumenda sit Eucharistia. Respondent Calvinistæ, & in his Beza quæst. 240. cœnam non esse alibi celebrandam nisi in publico Ecclesię conuentu; siue is conuentus instituat in publicis domiciliis, qualia sunt templa, & id genus alia loca concionibus & sacramentis administrandis destinata. siue sint ædes priuatæ, dummodo communis cœtus in iis conueniat, vt & veteribus illis temporibus necesse fuit sub Romanorum Imperatorum tyrannide. Et Beza suis non grauatè, nocturnis etiam horis, cœtus cogendi potestatem facit, vbi interdiu conuenire non licet; neque hos cœtus magis habet  
pro

pro illicitis conuenticulis, quàm veterũ nocturnos conuentus sub Tyrannis Ethnicis. Nec malè iudicaret Beza, ſi ex Iuſtino, Tertulliano, & aliis priſcis ſcriptoribus oſtendere poſſet, veteres illos Chriſtianos fuiſſe Caluiniſtas; aut Caluiniſtas cum illis quidquam cognationis & affinitatis habere. De his nocturnis & clandestinis coitionibus lege Caluinum epiſt. 364.

Quæritur XXXV. Quando cœna ſit adminiſtranda & ſumenda. Reſpondet Lutherus in Tract. de vtraque ſpecie Tom. 2. Ien. nullo modo ſumendam eſſe circa Paſcha; ne videamur obtemperare Papæ, qui communio- nem circa Paſchale feſtum præcipit; monetque ſeriò omnes ſuos, vt allaborent, ne quiſquam hoc tempore ad communionem accedat. Contrà, Caluiniſiani Anglicani in ſynodo Londinenſi cap. 21. Præcipiunt, vt Parochiani minimùm ter quotannis cœnent, *nominatim verò in feſto Paſchatis.*

Quæritur XXXVI. Vtrũ quis ad cœnam cogi poſſit. Reſpondet Lutherus Colloq. Lat. tit. de cœna: *Nequaquã; quia hoc eſt Papiſticũ; doceantur, admoneantur, alliciantur, vt ſponte veniant. Sed miror, quare ſic abſtineant à ſacramentis; fortassis confeſſionem priuatam metuunt.* Rem acu tetigiſti, O Luthere. Sed quod verbis liberũ affirmas, id, opinor, re ipſa neceſſarium experiuntur illi, qui inter Nouatores degunt: nam abſtineat quis vno alteroue anno à cœna, videamus an non quiduis moliturus ſit Prædicans, vt aut hunc ad cœnam adducat, aut bonis fortunisque ſuis euertat: Beza certè ad finem ſuarum Quæſtionũ & Reſponſionum, negat cuius liberum eſſe ad cœnam accedere, vel ab ea abſtinere, propter illud præceptũ: *Hoc facite;* cuius præcepti gnauos & indefeſſos executores ſeſe noui Euangelij Buccinatores præbent. Lege Lutherum

in maiore Catechismo cap. de *sacramento Altaris*. In Caluini synodo Londinensi cap. 22. ter quotannis singuli *cœnare obligantur* quamuis multi *nihilofecius vix semel communicent*, vt ibid. dicitur; sed monentur vt pareant, & quidem *sub periculo & pœna legis*.

Quæritur XXXVII. Quoties sumenda sit cœna. Respondet Calvinus epist. 361. *Singulis mensibus cœnam celebrari maximè nobis placeret; modò ne vsus frequentior negligentiam pariat. Nam dum maior pars à communione abstinet, quodammodò dissipatur Ecclesia. Malimus tamen singulis mensibus inuitari Ecclesiam, quàm quater duntaxat in singulos annos; vt apud nos fieri solet. Quum huc primum veni, non distribuebatur nisi ter quotannis; & quidem vt inter Cœnam Pentecostes & Natalis Christi septē toti menses intercederent. Mihi placebant singuli menses: sed, cùm minimè persuaderem, satius visum est populi infirmitati ignoscere, quàm pertinacius contendere. Curavi tamen referri in acta publica, vitiosum esse morem nostrum, vt posteris facilius esset ac liberior correctio. Hæc Calvinus.*

Quàm verò qui nouis factis se addixerunt prompti sint & alacres ad cœnandū, intelliges ex his Lutheri verbis, in maiore catechismo. *Magna pars eorum, qui audiunt Euangelium, &c. duos, tres, pluresue annos, sine hoc sacramento exigunt; quasi tam firmi sint Christiani, qui eo planè opus non habeant, &c. quorum maior pars eò demùm peruenit, vt omnibus deuotionis affectibus exutis, planè brutescere incipiant, ac demùm cùm sacramentum, tum verbum Dei extremè contemnant.*

Quæres. Quoties Lutherus communicare consueuerit. Respondet Lutherus Tom. i. Nouorum Operum in concione de Eucharistia, feria sexta, post *Inuocauit*.  
*Wir finden vns nit allezeit geschickt / heut hab ich die  
 Gnad*

Gnad darzu/morgen nicht. Jha zu zeiten kaum inn einem halben Jar ein mal/kombt mich ein Andacht an/das ich hinzu gehe. *Noſemper ſumus diſpoſiti: hodie ad communionem ſuppetit gratia; cras non ſuppetit; Aliquando vix intra medium annū deuotio me inceſſit, vt accedam.* En quam feruidè pius nouus iſte Euangelista fuit.

De eodem incenſo pietatis ſuæ ſtudio agit Lutherus in Admonitione ad ſumptionē Eucharistiæ Tom. 5. Ien. Germ. vbi dicit, ſe ſæpe propoſuiſſe communionem poſt octiduum ſumere; eo elapſo, elapſam quoq; deuotionem, vel potius in aliud octiduum dilatã; eo itidem elapſo, in aliud octiduum Eucharistiæ ſumptionem decretam fuiſſe; ex hoc natū, aliud octiduum, & ex iſto aliud; deniq; ex multiplicatione octidui longū tempus exſtiſſe, tandem ſe indignatione commotum, his verbis Diabolum compellaſſe. *Hucine tendis, Satan? So hab dir ein gut Jar/mir deiner vnd meiner Geſchicklichkeit/vñ reiſ hindurch / vnd gieng hinzu / auch etlich mal wol vngeliecht (welchs ich doch ſonſt nit thue) zu trotz dem Teuffel; ſonderlich weil ich mir keiner groben Sünden Bewuſt war. Nimirum Monialem inceſtare vel nullum, vel exiguum peccatulum in Lutheri conſcientiam erat. Si Auctor & Antesignanus ſectę tanto deſiderio in cœnã ferebatur, quid mirum, ſi ſectatores eius ſimili ſint animo erga cœnam; quorum inexplicabili pietati hoc dat Lutherus teſtimonium in prædicta Admonitione. Wir ſtellen vns ſo eckel vnd ſchändlich zum Nachemal / als weren wir nicht Menſchẽ / ich wil ſchweigen von Chriſten / ſondern als weren wir Stöck vñnd Stein / die es nichts bedörfften / vnd vns gar nicht angienge. *Ad cœnam tam nauſcabundi ſumus, quaſi non eſſemus homines, (mitto dicere, Chriſtiani) ſed ſtipites ac cautes, quibus cœna non ſit neceſſaria.**

Quæ-

Quæritur XXXVIII. Vtrum Pauli verba repeti debeant apud singulos, quibus cœna porrigitur, & tunc, quando porrigitur. Respondet Calvinus epist. 361. *In cœna administranda aliquando Pauli verbis usus sum: sed quia apud singulos repeti non poterant, quia longior mora iniiceretur; (si autem inter ipsam recitationem plures transfirent, vix decimus quisq; assequeretur, quid vellem, nemo percipiebat integram sententiam) desistere malui.* Bene fecisti, ô Caluine. Nam porrigendo merum & purum putum panem ac vinum, verba S. Pauli absque mendacio & impostura pronunciare non poteras: quid enim de pane Calviniano minus verè pronuntiatur, quàm illud: *Accipite & comedite: hoc est corpus meum.*

Quæritur XXXIX. Vtrum quis sumptioni Eucharistiæ confessionem præmittere debeat. Respondet Lutherus in Instructione Visitatorum Tom. 7. Ien. Germ. *Rudes & indoctos non debere admitti ad cœnam, nisi à pastore examinentur & approbentur, vel nisi confiteantur: Ipsum pastorem sine confessione cœnare posse: similiter alios doctos & intelligentes viros. Et ego ipse Doctor Martinus, inquit Lutherus, aliquoties sine confessione ad cœnam accedo, ne conscientia mea necessitatem imponam. Et interim nolo penitus carere confessione, potissimum propter absolutionem.*

### Demodo & ritu sumendi Eucharistiam.

Quæritur XL. Num cœna sit sumenda à ieiuniis. Respondet Lutherus in Colloq. Potatorii Germ. tit. de sacramento Altaris, initio statim. *Wie wol vns mehze gefellet / daß mans nüchtern empfahe / vmb der Ehrererbietung willen / daß wir Teutschen / wann wir voll seynde /*

ſeyndt/ daſſelbigenicht ohn alle Scheuh vnnnd Threr  
bietung empfahen/ wie Paulus ſchreibet/ das die zu  
Corintho gethan haben. Quæ Latinus verſor ita vertit:  
*Quamuis ieiunium plus placet ad reuerentiam ſumentis, ne e-  
briofſi Germani poſt crapulam, ſine omni reuerentia accipiant,  
vt Paulus Corinthioſ feciſſe deplorat.*

In Formula Miſſæ, ſeu in Appendice de communio-  
ne populi ita ſcribit Lutherus: *Sic de preparatione ad cœ-  
nam hanc ſapimus, vt liberum ſit ieiunio & orationibus ſe com-  
ponere. Sobrios certè oportet ad eſſe & diligentes, vt maximè  
nihil ieiunes, aut parum ores. Sobrietatem verò dico, non illam  
ſuperſtitioſam Papiſtarum, ſed ne crapula ructues, & diſtento  
ventre pigreſcas.* (En Lutheranam ſobrietatem: Luthero  
ſobrius eſt, qui nec ructat, nec ructatur; nec vêtre diſten-  
to pigreſcit, licet alioqui probè factus & ſaburratus.)

*Optima preparatio eſt anima peccatis, morte, tentationibus a-  
gitata eſuriens & ſitiens medelam & robur.* Hanc diſpoſi-  
tionem cum Lutherus exigat, excludit tamè à cœna ſua  
in Formula Miſſæ, ſcortatorem, adulterum, ebrium, luſorem,  
uſurarium, maledicum, aut alio crimine manifèſto infamem,  
cum diſpoſitionibus quas Lutherus ad ſumptionem Eucharistiæ,  
& hic & ſuprà requirebat, ſcortatores, adulteri, uſurarij,  
& alij huius classi vel maximè exornati ſint, ac p̄inde ad  
Lutheranam cœnam quàm aptiſſimi.

*Lutherana  
preparatio &  
diſpoſitio ad  
cœnam.*

Quæritur XLI. Num cœna ſit ſumenda flexis geni-  
bus. Reſpondet Beza epist. 12. ad Anglicanæ Eccleſiæ  
Quæſtiones: *Geniculatio, dum ſymbola accipiuntur, ſpeciem  
quidem habet piæ ac Chriſtiane venerationis; ac proinde olim  
potuit cum fructu uſurpari: tamen quoniam ex hoc fonte orta  
eſt idolatria illa deteſtabilis, & adhuc in multorum animis  
hærens, meritò ſublata eſſe videtur.*

Idem epist. 8. ad Pſeudoepiſcopum Londinenſem:  
*Non placuit vel ſedentibus, vel ſtantibus, vel accedentibus pa-*

o nem

nem in manum porrigi, ut olim fiebat, sed attolli panem quasi venerandum: postea adhibita est genuflexio, & buccellam in os ingerere maluerunt, reuerētia nimirum caussa. At qui hoc primum fuisse horrenda illius artolatria initium, quae ne nūc quidem aboleri potest, quis tandem non videt?

### *Antipharmacum.*

In conuenticulo Caluiniano Londinensi cap. 23. statuitur, ut qui cœnam sumunt, id faciant in genua reuerenter, ut par est, inclinati iuxta ritum in libro publica Liturgia ea in parte praestitutum. In eadem pseudosynodo cap. 27. Ministri, cum cœnam Domini administrant, neminem scienter eiusdem facient participem, qui in genua non fuerit inclinatus, sub pœna suspensionis.

### *Aliud Antipharmacum ex Luthero.*

Lutherus in Colloq. sympos. tit. de sacramento Altaris. Quidam interrogabat, an sacramentum honore afficiendum esset? Respondit Lutherus, quando ad altare sacramentum sumo, tum flecto genua mea in signum honoris & reuerentia: sed in lecto; iacens illud sumo.

Idem in cap. 47. Genes. Sicut nos non tantum orantes, sed & baptizantes, absoluentes, & absoluti, & accedentes ad sacram synaxin, quin etiam ad recitationem promissionum, aut textus Euangelij, genua flectere, vel saltem stare debemus in signum adorationis siue reuerentia & gratitudinis, &c. Sic bonum est, quod sacramentum altaris colitur inflexis genibus, quia ibi est verum corpus & sanguis Domini.

Quæritur XLII. generatim, Vtrum sacramentum altaris sit colendum & adorandum. Respondet Beza quæst. 243. In ipsa panis sumptione adoratio, quàm sit periculosa, utpote, quae artolatria occasione aperuerit, res ipsa demonstrat.

*ſtrat. Honeſtam igitur hic reuerentiam in Deum directam ſufficere rectè ſapientes (id eſt, Calvinus cum ſuis) iudicarunt.*

*Antipharmacum ex Luthero  
in cap. 47. Genef.*

*ET SI in cœna Domini nihil porrigeretur, præter panem & vinum; ſicut Sacramentarij blaſphemant; tamen eſt ibi promiſſio & vox diuina, & Spiritus ſanctus per verbum operatur in cœna, ideoque decebat nos cum reuerentia accedere. Quanto vero magis id fieri par eſt, quando credimus ad eſſe verum corpus & verum ſanguinem cum verbo? Idem alibi sæpe docet Lutherus. In Epiftola quadam ad amicum de adoratione Sacramenti Tom. 2. Ien. Germ. adorationem Sacramenti pro re adiaphora habet. Sic enim ſcribit: Exterior adoratio, qua fit ore & genuflexione, nihil eſt. Fides eſt vera adoratio, cum credo, ibi eſſe Chriſti carnem & ſanguinem, pro me traditum & fuſum. Hoc ſufficit, Reliqua omnia ſunt indifferentia.*

*Alicubi Lutherus Sacramento omnem cultum ac venerationem detraxit, (vt & hodie fit à nonnullis Lutheranis) & Calviniftis ad ſuam impietatem viam ſtrauit, nam ideo eleuationem ſuſtulit, vt ſimul Sacramenti adorationem tolleret; neque vllam aliam eius tollendæ cauſſam habuit, vt fatetur ipſemet in Colloq. Sympoſ. tit. de Sacramento Altaris. Vbi ruruſus moneo, mirandum non eſſe, ſi Proteus Iſlebicus in varias formas ſe transformauit, quia hæc eſt Protei natura, cui antidotũ ex Beza apponemus; qui in Apologia ad Acta Conuentus Torgeniſis apertè ſcribit; adorationem Sacramenti neceſſario ſequi ex Conſubſtantiatione hoc eſt, ex reali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti, ſub, in & cum pane & vino.*



vino. Illud enim, quod dicunt, non esse usurpandum cultum extra Dei Verbum, vere dicitur, sed minimè appositè. Quis enim dixerit Christi adorationem esse ἐδολοδρῶσιαν? Neque valet hac exceptio; non iussisse Dominum corpus suum in pane adorari, sed accipi & comedi. Regetur enim, exprimi non oportuisse, quod per se satis intelligatur, nempe, nunquam accedendum esse ad Christum, præsertim re ipsa præsentem, sine adoratione, ut qui sit Deus. Quid plura? si furiosi sunt & blasphemi irrisores, qui hoc quarunt, & superstitiosi, qui Christum in hoc pane adorant, quid fiet ipsi Luthero, qui ipsummet panem adorabilem sensit & scripsit? nisi hoc quoque, postea emendauit, quem tamen nostri iudices ἀναμάρτων faciunt? Hæc enim sunt illius verba in Louaniensibus articulis, quos edidit anno Domini 1544. thesi 15. In Eucharistiæ Sacramento VENERABILI ET ADORABILI, est & exhibetur, & sumitur verè, & re ipsa corpus, & sanguis Christi tam à dignis quàm indignis. Et thesi 17. Hæreticos seriò censemus (nos ab homine suis affectibus plus satis indulgente ad Deum prouocamus) & alienos ab Ecclesia Dei esse Zuuinglianos, & omnes Sacramentarios, qui negant corpus & sanguinem Christi ore carnali sumi in VENERABILI Eucharistia.

Idè Beza in libro de cœna contra nescio quem Harchium: Si verum est eius (Harchij) dogma de reali & essentiali aeterni verbi & Spiritus sancti cum symbolis vnitione, adoratio tum interna, tum externa excludi nec potest, nec debet.

Quæritur XLIII Num Eleuatio sacramenti sit toleranda. Negat Beza: Scilicet illius arcolatria parentem vllus satis prudens approbarit. Bezæ succinit Lutherus in Colloquiis Mensalibus, tit. de Adoratione sacramenti. Qui licet eleuationem diu retinisset, tandem tamen abrogauit, magno

magno Caluinizantium gaudio & tripudio, ita vt Sulzerus id Caluino, data ad eum Epiftola, ſignificandum curarit, tantum non Euangelia ob tam fauſtum nuncium flagitans: *Viteberga, ne & hoc neſcias, Lutherus Euchariftia ſubleuationem in cœna ſacra adminiſtratione exercitam ha-* *Et enus, ſuſtulit, titinnabulig, pulſum.* Et ipſe Lutherus Tom. 8. Ien. Germ. Anno 1543. in Conſilio de cæremoniis & excommunicatione reſtituendis: *Nos hic eleuationem ſacramenti abrogauimus, non aliam ob cauſſam, niſi vt libertatem noſtram offenderemus, noſq; eſſe Dominos, non ſeruos cæremoniarum, parati eleuationem reſtituere, vbi aliis Eccleſiis expedire videbitur.* Scilicet in vtrunque paratus erat Lutherus, ſeu verſare dolos; ſeu perfricta fronte modò hoc, modò illud inconstantiffimè docere & agere. In libro cõtra cæleſtes Prophetas furioſiffimè bacchatur Lutherus in Carlſtadium ob ſublata panis & vini eleuationem: neque aliam furendi cauſſam habuit, quàm quia ſibi gloriam tam præclari facti à Carolſtadio præreptam doluit.

*Est epist. 45. inter epist. Caluini, scripta Anno 1542.*

### *Antipharmacum.*

*LUTHERVS in Formula Miſſæ. Finita benedictione, chorus cantet Sanctus, & ſub cantu benedictus, eleuatur panis & calix, ritu hætenus ſeruato.* Et in Concione quinta poſt reditum ex imaginaria Pathmo, Tom. 1. Nouorum operũ Lutheri: *Darumb muß man ſich wol fürſehen / daß man kein Newigkeit wider alle löbliche Gewonheiten auffrichte.* *Videndum, ne nouitates contra antiquas & laudabiles conſuetudines (qualis eleuatio ſacramenti) introducantur.* Hoc ſuum monitum ſi Lutherus in mente anno 1543. habuiſſet, forſan eleuationem non abrogaffet.

Quæritur XLIV. Quo ſitu Caluiniftæ hinc inde variis in angulis cœnent. Reſpondeo, hoc nobis explicari

à Beza in libro de cœna contra Harchium: *Hoc Harchium & alios, inquit Beza, malè habet, quod in nostris Ecclesiis (Geneuenfibus) stantes, nec positis ad terram genibus, alicubi etiam sedentes; & rursum alicubi, ut in Anglia, ad mensam discumbentes, Symbola ex Pastorum & Diaconorum manu accipiamus. Quod Beza de Anglis scribit, hoc si verum est, de Puritanis accipi debet.*

In Calviniana Synodo Hollandica & Zelandica Anno 1574. celebrata cap. 73. ita decernitur. *Ritus standi in cœna est aptior: sed quia sessionis ritus est introductus in Ecclesiam, non potest adhuc sine scandalo omitti.*

Nationalis Synodus Belgica, Germanica, Gallica, cap. 68. *Quia adiaphoron esse arbitramur in cœna administratione stare, vel sedere; genuflectere non admittimus ob periculum adorationis panis.*

Francica Synodus apud Schulting. lib. 9. *Anacriseos Hierarchica. Eundo, stando, vel sedendo sacra cœna communicare arbitramur. Zuuinglius in Formula cœnæ Tigurinæ. Sedentes & tacite auscultantes verbo Domini, edimus & bibimus cœna Sacramentum.*

Quæritur XLV. Num ratio cœnæ administrandæ à Caluino præscripta in libello, quem inscripsit; *Formula administrandorum Sacramentorum*: & illa, quam præscripsit Zuuinglius in *Expositione Fidei Christianæ* inter se consonent. Respondeo, non magis quàm candidum & atrum. Nam in Zuuinglij formula variæ præmittuntur preces, sub quorum recitatione *flectuntur genua*. Nam initio statim clamat Pastor. *Oremus. Nunc genua flectit Ecclesia*, inquit Zuuinglius.

Post longos logos iterum exclamat Pastor. *In genua vos demittite, & orate, pater noster, &c. Deinde sic agit & verba sacra simul effatur Pastor; Dominus Iesus ea nocte, qua*

qua tradebatur ad mortem, accepit panem; *hic accipit pastor panem azymū in manum* (Nullus panis azymus in Geneuensi cœna; sed communis & fermentatus) *cumq; gratias egit, fregit ac dixit; Accipite, comedite, &c. hoc facite in commemorationem meam*: hic simul præbet pastor panem Ministris, qui circum mensam stant (& faucibus expectant siccis, donec ros cadat) qui protinus cum reuerentia illum accipiunt, & inter se diuidunt ac comedunt.

Interim Pastor pergit: *Similiter postquam facta fuit cœna, accepit & poculum, &c. Posthac circumferunt Ministri azymum panem, & accipit quisq; sua manu particulam de exhibito pane, & postea reliquam partem præbet proximo suo. Et si quis non vult panem sua manu contrectare, (metuens ne digitos adurat) iam circumferens Minister porrigit ei. Deinde sequuntur Ministri cum Crateribus (iuxta illud: *Crateras magnos statuunt, & vina coronant*) & præbet alius alij poculum Dominicū, &c. Cumq; crateres oēs sunt reportati, tunc sic inquit Pastor: Procumbite in genua. Cumq; oēs procumbunt, inquit, inquam, Pastor. Laudate pueri Domini, &c. Idem ter socios pura circumtulit vnda spargens rore leui, & ramo felicis oliuae, lustrauitq; viros, dixitq; nouissima verba. Ilicet, ite nihil est.*

Illud perquam ridiculum est, cum Zuuinglius tanq̃ præsentis in hac cœna diuinitatis argumentū obseruare iubet; q̃ in hac cœna aliquādo reconciliantur, qui antea vehementer dissidebant. Quasi verò in hospitiiis & cauponis quotidie non accidat, vt in conuiujs ac comotationibus inimici inter se reconcilientur: imò Germanis vix est certior ratio componendi dissidia, q̃ eiusdem mensæ & poculi participatio. Quā multos enim iungit Ceres & Bacchus, quos antea nemo copulare poterat?

Quæritur XLVI. Vtrum panis Sacramentarius cuius cœnanti sit in os ingerendus & inserendus; an  
verò

verò in manum tradendus, ut ipse cœnans eum in fauces inferat & inuehat. Vidimus Zuuinglium hoc liberum reliquisse. Sed Calviniani quinti Euangelij luce lucidius illustrati secus iudicant & statuunt. *Respondeo*, inquit Beza epistola secunda ad Tiliam, *videri mihi omninò Accipiendi verbū de manus prehensione in verbis illis Christi intelligi: tū, quoniam propria hæc significatio est τὴ λαμβάνειν, à qua non est temerè nobis discedendum; tum, quod certum sit Dominum cum discipulis accumbentem retinuisse Ordinarium, & vsitatum sumendi cibi modum; cum nihil in tota illa actione scribatur mandatum aut factum, unde contrarium deprehendi possit.*

*Præterea si Christus singulis discipulis panem illum in os ingerere voluisset, certè pro accubitus ratione aut ipsi Christo, aut discipulis paulò remotius discumbentibus surgendū è mensa sigillatim fuisset, etiamsi in medio illorum Christum discubuisse dicamus, sicut actio illa representari à pictoribus consuevit. Nihil autem tale ab Euangelistis narratur; imò, sicut initio conuiuij poculum vicino prabitū iussit Christus, ut postea alij traderet; ita probabile est panem à Christo fractum & traditum eos ex discipulis, qui remotius discumbebant, ex vicinorū manu accepisse.*

Addit tamen ibidem Beza: *Sumptionem simpliciter & absolutè ac prorsus necessariò requiri ad huius Sacramenti usum, ut autem hæc sumptio siue acceptio manu fiat, non item. Nec vult Beza cœnam propterea desereri aut sperni, vbi ore, non manu panis sumitur. Et in Quæst. de Eucharist. Quæst. 181. ita scribit: Et si panis prehensionem manufactam non tam precisè necessariam dixerim, quàm alios ritus Sacramentales, nam is quoque recipit, qui ore recipit, tamen in Ecclesia hæc quoque restituendam censeo. Et cur restituendā censeat, hæc*

hanc præcipuam dat causam, quia vidit Eucharistiam non tangere, esse argumentum reuerentiæ, cultus & honoris erga Sacramentum: quem quia Calvinianus alator ferre nequit, ideo manu præhensionem introducere festinauit: quod ipsum iam antea, vt alia huius generis plura, per Lutherum efficere tentauit, qui in Tract. de communione sub vtraque specie Tom. 2. Ien. Germ. Anno 1522. furiosissimè vociferatur, *nullum esse peccatum, si Eucharistia à laicis manibus tractetur, tangatur, accipiatur, & sine vestibus, vasis & calicibus consecratis administretur, & nulla iura nec Papalia, nec casarea, nec principalia, imo nec Diabolica hoc laicis vetare posse.* Addit Lutherus pro sua opinione argumentum Lutherano acumine prorsus dignum. *Laici tangunt & accipiunt Sacramentum ore laico; ergo iisdem licebit idem tangere & accipere manibus laicis.* Respondeo, tangere & sumere manu laici prohibuit Ecclesia; tangere & sumere ore laici non prohibuit: ideo illud licet; hoc non licet: Qui autem Ecclesiam non audit, is nobis, ex præscripto Domini, est tanquam Ethnicus & publicanus. Sed tamen plerique Lutherani panem suum cœnanti non in manum tradunt, sed in os imponunt: quod etiam imaginibus in suis Catechismis & Homiliarum libris representant. Hæc Lutherus Anno 1522. Et tamen Anno 1521. post reditum suum ex stramentitia sua Pathmo, grauissimè in Wittebergenses pro concione inuectus fuerat, quod ipso absente, morem Eucharistiam in manus sumendi introduxissent, auctore Carolstadio, & aliis fanaticis. Ita enim suos Witebergenses compellat in sermone, quem habuit die Iouis post Dominicam *Inuocauit: Ober solcher Predigt / vnd von wegen dises Verstandts / sollet ihr Gott gedancet haben / denn ihr se zu dem Ver-*  

P tentnuß

Kenntnuß kommen seid / welches vil trefflichen grossen  
 Leuten nicht ist verlihen worden. So fahret ihr nu  
 zu / vnd thue schier / ja allerding wol so nârrisch als der  
 Bapst / in dem / daß jr meiner / es müsse sein / daß man  
 das Sacrament mit den Händen angreiffe / vnd wols  
 let damit vnd hierinne gute Christen sein. Ihr habt  
 euch in diesem Stück grob vergriffen / vnd an disem  
 köstlichem Schatz all zu freuentlich gehandelt / daß  
 auch nicht wunder were / daß euch Gott alsbald ge  
 straffer hette. Das andere hette Gott alles kondt lei  
 den / aber mit disem Stück so freuentlich zuhandlen /  
 das kan vnd mag er nicht leiden / in dem / daß ihr ein  
 Zwang vnd gemeine Ordnung habt gemacht / daß  
 ein jeglicher zufahren sol / vnd das Sacrament den  
 Leib vnd das Blut Christi selbst mit den Händen so  
 durstiglich vnd so freuentlich ohn alle Schew vnd  
 Forcht angreifen. Vnd werdet ihr von disem Stück  
 nicht abstehn / so darff mich kein Keyser / noch Kö  
 nig / noch sonst semands von hinnen sagen / ich wil  
 wol vngetrieben von euch selbst lauffen. Ich darff  
 wol vnd frey sagen / daß mir meiner Feinde keiner /  
 wiewol sie mir viel böses beybracht / so vil leides ge  
 than hat / also eben ihr meine Freundt / mit dissem ei  
 nigen Stück. Ihr habt mich hierinnen recht getroffen.

*Pro tali concione tantaque intelligentia gratias Deo actas  
 oportuit; quia ad veritatis (Lutheranæ, quæ falsitatis so  
 ror est) cognitionem peruenistis quod multis, licet magni no  
 minis, non obtigit. Et tamen his neglectis ita vos geritis, vt  
 fermè insipientius quàm Papa (Saxonicus Lutherus) aga  
 ris eò quòd tanquam rem necessariam vrgetis, vt Sacramen  
 tum manibus tangatur; Et in hoc perquam egregij Christiani  
 videri vultis. Grauius sane in hoc capite impegistis, & pre  
 tiosum*

ſioſum hunc theſaurum nimis temerariè tractaſtis, ita mirum non eſſet, tametsi vos Deus è veſtigio puniuiſſet. Omnia alia toleraſſet Deus, ſed quod hac in parte tam temere egiſtis, id vero nulla ratione ferre nouit aut poteſt; quia decretum & quidem ex neceſſitate obligans, feciſtis, quo unicuique facta eſt poteſtas, ut Sacramentum, corpus & ſanguinem Chriſti, tam cupidè & temere tangat, ſine vlllo metu aut horrore. Et niſi ab his deſiſtatis, opus non erit, ut aut Imperator aut Rex aut alius quiſpiam me hinc expellat: ipſemet ſponte mea à vobis auſugiam. (Vtinam minas haſce ad rem contuliſſes) Libere dico, neminem hoſtium meorum, quorum tamen ingens eſt multitudo, tantum doloris mihi intuliſſe, quantum vos amici mei hoc unico facto veſtro. Ictum opportunum inflixiſtis. Pergit Lutherus,

Wolt ihr damit gute Chriſten ſeyn/vnd euch dauon rühmen / daß ihr das Sacrament / den Leib Chriſti mit den Händen angreiffet / ſo weren die Juden / Herodes vnd Pilatus die beſten Chriſten geweſen / Ich meine ja / ſie haben den Leib Chriſti angetaſtet. Nein / liebe Freunde / nein / alſo gehets nicht an / das Reich Gottes ſtehet nicht in eufferlichen Dingen / das man greiffen vnd fühlen kan / ſondern im Glauben / vnd in der Krafft. Ja mochteſtu ſprechen / Wir leben / vnd ſollen auch leben nach der Schrifft / ſo hat es Chriſtus alſo eingeſetzt / daß wirs mit den Händen zu vns nemen ſollen / denn er hat geſprochen: Nemet hin / vnd eſſet / das iſt mein Leib / vnd die Jünger habens mit den Händen angegriffen. Warüb ſoltens wirs nicht auch mit den Händen angreifen: Antwort: Wiewol ichs vngeweiſſelt vnd gewißlich halte / daß die Jünger deß HErrn Leib mit den Händen angegriffen haben / gebe es auch zu / daß du es ohne Sünde auch



magst thun. Aber sich groß darauff zustewren / vnd  
 zupochen / das weiß ich nicht. Denn wenn der Teuffel /  
 wie er vns denn genaw sucht / sprechen wird: wo ha-  
 stu das in der Schrift gelesen / das nehmen / heisse  
 mit den händen angreifen? Wie wil ichs bewehren  
 vnd erhalten? Ja wie wil ich ihm begegnen / wenn er  
 mir das Widerspiel auß der Schrift fürhelt / vnd be-  
 weist / das nehmen / nicht allein mit den Händen em-  
 pfahen heist / sondern / durch andere Weise etwas zu  
 sich bringen? Als da Johannes schreibet / wie die / so  
 den H<sup>erren</sup> creüzigten / ihm haben Essig zutrüncken  
 geben / spricht er: Da Jesus den Essig genommen  
 hatte. Wie mustu ja bekennen / daß Christus den  
 Schwamm nicht habe mit den Händen angegriffen /  
 denn er war an das Creuz genagelt. Was wil ich  
 dann darwider sagen? Ich muß mich da gefangen ge-  
 ben / vnd bin beschlossen / also / daß ich zulassen muß /  
 ich wolle oder wolle nicht / daß nehmen nicht allein  
 heisse mit den Händen etwas empfangen / sondern auch  
 durch andere Weise / wie es geschehen mag / zu mir  
 bringen.

Ioann. 19.

*Si vultis hac ratione, inquit, boni esse Christiani, & hoc no-  
 mine etiam gloriari, quod Sacramentum, seu corpus Christi  
 manibus contingatis; tunc Iudei hoc pacto, Herodes & Pila-  
 tus optimi fuissent Christiani. Equidem, opinor, illos Christi  
 corpus egregie contigisse, ac contrectasse. Non ita, amici, non  
 ita; res aliter se habet: regnum Dei non consistit in re aliqua  
 exteriori, qua sensu tactus potest percipi, sed in fide, & poten-  
 tia. At, dicas, obiiciasq; viuere debemus, & tenemur secun-  
 dum scripturam. Ita Christus Sacramentum hoc instituit, vt  
 illud manibus accipiamus, Dixit enim; Accipite & come-  
 dite, hoc est corpus meum. Discipuli etiam acceperunt  
 mani-*

Matth. 28.

manibus, & attrectarunt. Cur igitur & nos non contrectemus? Respondetur. Quamuis indubitato certoque credo, quod Discipuli Christi corpus manibus attrectarint; quin & ultro largior; quod id sine peccato facere possis; verum in hoc se fundare, & iactitare, hoc non probo. Nam si Diabolus, sicut minuta etiam in nobis sectatur, & venatur, dixerit; Vbi in scriptura legisti, quod accipere significet manibus contrectare? quo pacto id probabo, & sensum illum meum tuebor, & tenebo? Imo, qua ratione illi occurram, si contrarium ex scriptura doceat, probetque; quod verbum, accipere, non solum sit, significetque, attrectare manibus; sed aliam aliquam rationem, quidpiam capere ac sumere? Vt cum Ioannes scribit, quod ij, qui Christum crucifixerunt, ei porrexerint acetum: dicit enim; <sup>Ioan. 19.</sup> Et cum accepisset Iesus acetum. His fateri cogeris, quod Christus spongiam manibus non contrectarit; iis enim cruci erat confixus. Quid igitur contra hoc argumentum dicam? Cogor dare manus, & victus sum, & vincus: adeo, ut nolim velim concedere debeam; vocem, accipere, non semper significare, manibus contrectare, ac capere; sed, alio, quo id fieri potest, modo, capessere.

Hæc Lutherus de contrectatione & manu prehensione Sacramenti, quæ ipse pro concione nunquam protulisset, nisi Carlstadio gloriam (si qua est in sacrilegio gloria) huius facti inuidisset. Quia enim, inconsulto Luthero, Carlstadius antiquum morem conuellere, & nouum introducere ausus fuit, ideo nimirum pro publica concione vapulare, & quidem grauius ac multipliciter, debuit; Et Wittebergenses furas Luthero cædendas præbere coacti sunt; quod, neglecto Illebico tripode, Carlstadianum sequi præoptarint; laudem etiam maximam à Luthero reportaturi; si quod auctore Carlstadio fecerunt; id auspiciis Lutheri egissent.

Quæritur XLVII. Vtrum panis in cœna debeat frangi. Affirmant Beza in Epist. ad Tiliam, & in Quæstionibus; Quem ritum longè magis necessarium arbitratur, quàm panis acceptionem manu. Imò Calvinistæ iam eò progrediuntur, vt Prædicantibus, qui panem frangere nolunt, capita vel inuitis frangant; obstinatis exilio proposito, & graui rerum omnium iactura: vt non ita pridem vidit & ingemuit Hassia vel Hassiæ pars à Lutheranismò ad Calvinismum transgressa: vbi aliquot ex Lutheri schola Prædicantes maluerunt solum vertere, quàm panem in cœna frangere. Hospinianus quoq; lib. quinto Historiæ Sacramentariæ cap. 5. fractionem non vt liberam, sed vt necessariam defendit: Et pro se etiam Lutheri testimonia ex libro de Missa priuata & vnctione sacerdotali adducit.

Quæritur XLVIII. Vtrum cœna sit paranda & administranda peculiari aliquo habitu, qui à vulgari & quotidiano non nihil discrepet. Respondet Lutherus in captiuitate sua Babylonica, *Curandum est ante omnia, vt omnia illa seponamus, qua ad institutionem huius Sacramenti puram & simplicem humanis studiis & feruoribus sunt addita: qualia sunt vestes, ornamenta, cantus, preces, organa, lucerne, & vniuersa illa visibilibus rerum pompa, &c.* Idem in Formula Missæ. *Vestis præteriuimus: sed de his, vt de aliis ritibus, sentimus. Permittamus illis vt libere, modo pompa & luxus absit. Neque enim magis places, si in vestibus benedixeris, nec minus places, si sine vestibus benedixeris. Neque enim vestes nos Deo benedicunt.*


Quod Lutherus suadet, hoc Calvinistæ insigniter præstiterunt, & etiamnum præstant; quemadmodum & Lutheranorum nonnulli; licet quidam in præparatione & distributione cœnæ, saltem lineam vestis induant; nonnulli

nulli etiam veteri more casulam (ein *Wefgewande*) & alia olim in Miſſa uſurpari conſueta veſtimenta. Quo ſchemate & habitu in iſtis Lutheranorum *Catechiſmũ* & *Poſtillis* effinguntur, & conuiuatorib. ſuis diſtribuentes pinguntur Prædicantes cœnã coquẽtes ſeu parantes. In ſynodo Caluiniana Londinenſi cap. 24. mādatur, vt qui cœnatoribus cœnam apponit, ſit *decente cappa amictus*. At quales nam hæc erit *cappa*, quæ hunc Miniſtrum quã maximè & decentiſſimè deceat? Verũ de hac re fuſè actum eſt in Muricibus Prædicanticis cap. 17.

Quæritur XLIX. Vtrum cœna ſit danda ſub vtraque ſpecie. Hodie affirmant omnes Sectarij. Lutherus tam fuit hac in re varius & variabilis, vt Proteo mutabilitatis & inconfſtãtiæ palmam præripere voluiſſe videatur. Quæ de re verbum non addo. Legatur ſepticeps Lutherus Cochlæi, & Lutherus *Biformis* M. Conradi Andrea. Nec dubito, omnem illum, qui tantam in re grauiffima inconfſtãtiam accuratius cum animo ſuo perpenderit, miraturum, qui fiat, quòd adhuc exſtent, qui tali Vertumno aliquid fidei habeant.

---

## DE SACRAMENTO PŒNITENTIAE.

 VÆRITVR I. Vtrum pœnitentia, ſeu, vt Nouatores ſæpius vocant, abſolutio ſit Sacramẽtum. Negat Lutherus in libro de Euchariftia ad Waldenſes, vbi duo duntaxat Sacramenta ſtatuit; vt & Philippus in Locis Argentorati excuſis Anno 1523.

*Anti-*

*Antipharmacum.*

LV THERVS non diu ante obitum, contra 32. articulos Louaniensium Num. 35. *Pœnitentiam cum virtute clauium absoluentium Sacramentum libenter confitemur. Habet enim promissionem, & fidem remissionis peccatorũ propter Christum.* Philippus quoque in locis posterioribus haud grauatè a bsolutionem in numerum Sacramentorum recipit.

Quæritur II, quæ sit notatio seu Etymologia Germanici vocabuli *Beichten*. Respondet Lutherus in Admonitione ad Francofordienses Anno 1533. Tom. 6. Ien. German. *Vnd solchs gibt auch das alte tentsche Wort Beicht. (quod nimirum in confessione etiam fidei professio sit edenda, & Carechismus recitandus) Daher man die heilige Bischoffe nennet Confessores, Beichter / das ist Bekenner / denn beichten heist bekennen / wie auch im Gericht / das Wort noch in Dbung ist / Driicht, vnd man sagt / das sicht er / das hat er Bicht etc. Vnd seind zwey vnderschiedlich s. in dem Wort Besicht / welche mit der zeit in ein s. verwandelt / vnd durch Mißbrauch / Beicht / als mit einem s. gescriben / vnd geredt / wie viel andere Deutsche Wörter also verderbt sind. Darumb soll ein Besichter / oder Bekenner nicht alleine Sünde wissen zu erzehlen / sondern auch daher auff sagen / was er vom Glauben vnd Christo gelernt hat / vnnnd was dawider gethan heisse. Auff daß sie solchs für den Eltern / Schulmeistern / Pfarthern / also gewohnen zu besichten / vnd woe es Noth sein würde / auch für dem Richter beichten / vnd darüber sterben kündten / darumb auch S. Cyprianus die Martirer nennet Confessores / das ist / Beichtiger.*

*Anti-*

*Antipharmacum.*

ORIGINATIO hæc, quod *Beichten* fit quali *Beſüchten*, hoc eſt, *betennen*, *fateri*, ferri poteſt; ſed non ideo hæc actio hoc nomen habet, quòd in confessione *Catechiſmus* fit recitandus, vt vult Lutherus; ſed quia malè commiſſa hîc ſunt patefacienda & confitenda. Hinc etiam in foro externo vocabulum *Drſicht* non niſi in criminalibus & maleficiis uſurpatur.

Quæritur III. Quis præceperit confessionem auricularem. Respondet Lutherus Tom. 1. Lat. Witeb. Hom. de confessione *Papam præcepiſſe, non Deum*. Auricularem confessionem, inquit Lutherus, *quæ fit coram ſacerdote, Papa mandauit. Eam Deus non præcepit, verum Papa ad eam coëgit homines.* *Diſe Beicht hat der Papſt geſtreng geboten / vnd ein Nothſtall darauß gemacht / daß es zu erbarmen iſt.* *Hanc confessionem præcepit Papa, & in neceſſitatem vertit, adeo vt ſit commiſeratione digna:* inquit Lutherus, Tom. 1. Nouorum Operum Serm. de Confessione, qui & in Homilia de Confessione Tom. 1. Lat. Witeb. *verè illud tempus* (ultima ſeptimana Quadrageſimæ) à Germanis paſſionis hebdomas (*Warterwochen*) appellatum eſt, *miserè enim excarnificantur, hoc præſertim tempore, conſcientia;* (eorum ſcilicet, quibus confiteri crux eſt) *cum magno animarum ac ſalutis periculo.*

*Antipharmacum.*

DEVM, non Papam primitus, vel Papam, non niſi poſt Deum, confessionem præcepiſſe, patet ex illo Ioan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Nam ſi Apoſtoliſ dedit præceptum peccata remittendi; aliis

Q itidem

itidem præceptum dedit vt ad eos, qui hac potestate præditi sunt, confugiant, & remissionem malè commissorum postulent. Et si Apostolis dedit præceptum curandi ægros, ægris itidem præceptum dedisse censendus est, vt securari sinant; sanandosque spiritualibus Medicis offerant: quandoquidem sine curatione in regnum Dei introire non possunt. Si autem pontifex sua quoque auctoritate, efficere voluit, vt quod Christus, cuius ipse vices gerit, mandauit, certo & præstituto tempore ad rem conferretur, nimirum nil aliud fecit, quàm quod fidum pastorem decet.

Quæritur IV. Num obtemperandum sit, quando pontifex confessionem mandat. Respondet Lutherus Tom. I. Nouorum operum, Serm. de Confessio. *Eben darumb wil ich nicht beichten / daß es der Bapst geboten hat vnd haben wil: Dann er soll mir die Beicht frey lassen / vnd keinen Zwang noch Gebot darauß machen / daß er kein Wacht / noch Gewalt hat zu thun. Eam solam ob causam confiteri nolo, quia Papa id mandauit: Confessionem enim mihi liberam relinquere, neque in necessitatem vertere debet, cuius faciendi nullum penitus ius habet.* Et in libro de Confessione ad Franciscum de Sicking. *Fidele consilium meum est, vt homo Christianus tempore Quadragesima & Paschatis, non confiteatur, nec ad Sacramentum accedat. Et cogitet ita: Ecce, quando hoc præcipit homo, Papa scilicet, ob id ipsum non faciam; & si non præcepisset, vellem facere. Faciam autem alio tempore, quo non præcipit, quando, & quomodo mea libera voluntas & deuotio me tetigerit.*

*Citat Cochlaus  
in Septicipite  
Luthero cap. 30  
Exstat Tom. 1.  
Ien. Germ.*

*Anti-*

*Antipharmacum.*

Hoc scilicet est obedire Apostolo momenti: *Obedite praposis vestris, & subiaccete eis.* Et Christo dicenti: *Heb. 13. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, mespernit,* Et; *super Cathedram Moysi sederunt scriba & Pharisei; omnia ergo quaecumq; dixerint vobis servate & facite, &c.* *Matth. 23.* Si quis ita cum Luthero egisset, vel hodie cum Lutherano Prædicante ageret, & eo ipso obsequi nollet, quod Lutherus, aut Lutheranus Prædicans id præcepisset; pœnas vel carcere vel exilio quamprimum daret: cuius rei innumera exempla suppetunt.

In Instructione Visitatorû Tom. 4. & Tom. 7. Ien. Germ. mandat Lutherus, vt nemo ad Sacramentum Eucharistiæ admittatur, *er sey denn von seinem Pfarrer in sonderheit verhört / ob er zum heiligen Sacrament zu gehen geschickt sey: nisi prius à parocho suo auditus & examinatus fuerit; num ad sumptionem Eucharistiæ sit idoneus.* Huic Lutheri edicto refragetur, qui volet; & ad cœnam inexploratus & inexaminitus accedat; videamus, an non publicè repulsam sit relaturus non sine nota & infamia, præsertim si qui hoc facere tentet, sit ex vulgi ordine: nam cum maiorum gentium cœnatoribus Lutheranus Prædicans fortean dispensauerit, præsertim, si munusculum speret: cum enim munera superos placent, mirum sanè foret, Prædicantes tam saxeos esse; vt his mollientibus medicamentis sese emolliri non sinerent; maximè cum Lutherus in Recognitione illius instructionis pro visitatoribus Tom 7. Ien. illis ad hoc faciendum viam strauerit, cum ab hoc onere subeundi examinis & approbationis liberavit se & ipsos Prædicantes, & alios doctos: solumque vulgus & vulgares sub cultro liquit.

Q 2

Quæ-



Quæritur V. Vtrum Lutherani neminem ad Confessionem cogant. Affirmat Lutherus in Admonitione ad Francoford. Tom. 6. Ien. Germ. Zwar wir zwingen niemand zur Beichte / wie das alle vnser Schrifte bezeugen. Wer sie nicht haben wil / der laß sie faren / gleich wie wir nichts darnach fragen / Wer vnsern Catechismū vnd Lehr nicht haben wil. Die helt niemand den anderen. *Neminem cogimus ad Confessionem; quod omnia nostra scripta testantur. Qui Confessionem habere non cupit; relinquat. Quemadmodam non curamus si quis nostrum Catechismum & doctrinam respuat. Hic nemo alterum impedit.*

### *Antipharmacum.*

Hæc falsa esse, ostendunt, quæ paulo antea ex Instructione visitatorum commemorauimus. Scilicet hoc non est cogere, si quis à cœna repellatur, nisi prius aut Prædicantis examen & censuram subeat; aut confiteatur. Clamant quidem semper fidem & fidei instituta debere esse libera. Sed quam libera sint apud sectarios, non tantum vulgo, sed & iis, qui supra vulgus locati sunt; notum est. Et quàm Lutherus æquo animo tulerit suum Catechismum suamque doctrinam ab aliis repudiari, testantur scripta eius in Sacramentarios, & alios, quos placitorum suorum aduersarios habuit. Suspicionem de coactione inlicit quoque Confessio Augustana, cuius hæc sunt verba: *Confessio in Ecclesiis apud nos non est abolita, non enim solet porrigi corpus Domini, nisi antea exploratis & absolutis.* An non est hoc compellere, cœnam negare, nisi prius examini te subiicias?

Quæritur VI. Num saltem homines ad Confessionem cogi debeant. Respondet Lutherus Serm. de Confessio-

fessio-

feſſione Tom. 1. Lat. VViteb. *Deus non probat eam confeſſionem, aut vllum aliud opus, ſi inuitus illud facias. Imò præſtat omnino non confiteri, quàm inuitum confiteri. Non deletur Deus iis, aut probat eos, qui inuiti ita confitentur, vult potius vt volentes & ex animo id faciamus.*

### *Antipharmacum.*

PRÆCEPTVM non impedit, quo minus quis id, quod præcipitur, volens & ex animo faciat: alioqui nemo volens & ex animo ſeruaret Decalogum, qui nihil niſi præcepta continet; nemo item volens & ex animo obtemperaret præcepto ſuſcipiendi baptiſmum ſumendique Euchariftiam, & profitendi fidem Chriſtianam; neq; quiſquã volens & ex animo pareret legib. politicis. Et tamẽ nec Lutherus nec Lutheranus vllus dicet has leges diuinas & humanas à libentib. & volentib. nõ ſeruari: Imponit quidem lex neceſſitatem; ſed non obſtat, quo minus quis neceſſitati legis volens, libere & ex animo ceruicem ſupponat. Et cum quis pœnis quoque ad aliquid agendum adigitur, non hoc quæritur, vt inuitus aliquid agat, ſed vt metu pœnarum ex inuito & nolente ſpontaneus & volens efficiatur. *Quod vobis videtur, inquit S. Auguſtinus, inuitos ad veritatem non eſſe cogendos, erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei, qui eos volentes facit, cum coguntur inuiti: Nunquid enim pœnitentiam inuiti egerunt, quia hoc Rege ſuo compellente fecerunt?*

Quæritur VII. Quanti Lutherus confeſſionem auricularem fecerit. Reſpondeo, hoc liquere ex ſequentibus eius testimoniis. Serm. de Confefs. Tom. 1. Lat. Witeb. *Nolim magno carere confeſſione, ideo quod liceat omnia qua ſentiſ in fratris ſinum effundere, & conqueri de iis, qua in te conſcientiam urgent, &c. Maximum theſaurum*

*confessionem esse iudico, qui nullis opibus sit comparandus, adeoque minimè contemnendus.*

Wenn tausent vñnd aber tausent Welt mein were / inquit Lutherus in Admonit. ad Francoford. so wolt ich alles lieber verlieren / denn ich wolt diser Besicht das geringste Stücklin eines auß der Kirchen kommen lassen. Ja lieber solt mir sein / des Babstums Tyranny vom Fasten / Seyern / Kleidern / Steten / Platten / Rappen / vñnd was ich kund ohn verstorung des Glaubens tragen / denn daß die Besicht solt von den Christen genommen werden / Denn sie ist der Christen erste / nötigste / vñnd nützlichste Schule / darinn sie lernen Gottes Wort / vñnd ihren Glauben verstehen / vñnd vben / welchs sie nicht so gewaltig thun / in öffentlichen Lectionen vñnd Predigten.

*Si mille, ac rursus mille mundi mei essent, id totum malum amittere, quàm confessionis huius minimam portiunculam ex Ecclesia dimittere. Imò, gratior mihi esset Papæ tyrannis de ieiunio, festis, vestibus, rasuris, cappis, & similibus, qua citra fidei lesionem & iacturam ferre possem, quàm ut Christianitati Confessio eripiat. Etenim illa Christianorum est prima, utilissima, & maximè necessaria schola, in qua discunt verbum Dei, & fidem suam nosse, ac illa ritè uti; id quod minime tam efficaciter faciunt in lectionibus publicis & concionibus*

Tom. 1. Nouorum operum Serm. de Confessione. Aber dennoch wil ich mir die heimliche Beicht niemande lassen nehmen / vñnd wolte sie nicht vmb der ganzen Welt Schatz geben / Denn ich weiß / was Sterck vñnd Trost sie mir geben hat. Es weiß niemandt / was die heimliche Beicht vermag / denn der mit dem Teuffel oft fechten vñnd kempffen muß. Ich were

were längst von dem Teuffel vberwunden vnd erwirget worden/wenn mich diese Beicht nit erhalten hette.

*Nihilominus non patiar mihi ab ullo confessionem auricularem eripi è manibus: nec pro totius mundi thesauro eam darem alicui. Etenim scio, quantum roboris & consolationis illa mihi dederit. Nemo nouit, quantarum virium sit auricularis confessio, quàm qui cum Diabolo sepe pugnare & luctari cogitur. Equidem à Diabolo pridem victus & strangulatus essem, nisi me, isthac auricularis Confessio seruasset incolumens.*

### *Antipharmacum.*

REM tanti ponderis ac pretij Confessionem esse, non videtur Lutherus ferè scripsisse aut sensisse: non enim eam sibi liberam relinqui, sed potius mille præceptis ad eam cogi postulasset; Et tritum illud semper in ore habuisset; *Felix necessitas, qua ad meliora compellit.* Si in Lutherum incidisset ille, qui ad conuiuas conquirendos cum hoc mandato emissus est: *Compelle intrare: Lutherus magna voce recinuisset: Est quidem cœna lauta & opipara, ad quam me inuitas: sed nolo cogi; liberè accedam. Imò quia tu cum tuo Compelle intrare aduolitas, ideo non veniam; venturus alioqui, si id mihi liberum reliquisses.*

Quæritur VIII. Num omnia peccata, quorum quis sibi conscius est, in confessione explicari & patefieri debeant. Respondet Lutherus in Colloq. Germ. Tit. *de confessione auriculari*, hunc in modum. *In der Ohrenbeicht ist nicht von nöten / daß man alle Sünd erzehle / sonder die Leut mögen sagen was sie wollen / Steinigē sie wir doch nicht. In Confessione necessarium non est ut omnia peccata enumerentur, sed quilibet quidquid lubet, dicere potest. Nemo à nobis lapidatur.*

*Anti-*

*Antipharmacum.*

PERINDE est, ac si Lutherus diceret: si pluribus morbis ægrotes, sanusque fieri cupias, necesse non est, vt omnes medico pandas: sufficit ad pristinam valetudinem recuperandam, si vnū vel alterum morbum patefacias. Cæteri suapte sponte diffugient & euanescent. An non impostor esset; qui ægro tale consilium daret?

Quæritur IX. Num omnia mortalia in confessione sint patefacienda. Respondet Lutherus in Colloq. German. Tit. de Confessione auriculari. Ein Mensch muß es darfür halten / daß ihm nicht möglich sey / alle seine Todesünde zu Gedächtnuß zubringen / vñnd zu beichten / sondern er soll es darfür achten / daß er nach allem seinen sürgerwandten Fleiß / den wenigsten Theil seiner Sünden gebeicht habe. Denn David spricht also; *Delicta quis intelligit?* Darumb soll ein Mensch die Todesünde beichten / die da offentlich Todesünden seynd / vñnd die sein Gewissen beschweren / die andern soll er lassen fahren / denn es ist vñnmöglich daß ein Mensch möge alle seine Sünd beichten.

*Quiuis homo ita sentire debet, quòd illi factu sit impossibile, vt omnia sua peccata mortalia in memoriam reuocet, & confiteatur; sed ita opinetur, quod post omnem diligentem sui examinationem, minimam suorum scelerum partem confessus sit. Nam David ita dicit in Psalmo quodam; Delicta quis intelligit? Proinde hominum quiuis peccata mortalia, qua manifeste, mortalia sunt, & conscientiam grauant, debet confiteri: cætera, missa faciat, & non curet, quia impossibile est, vt homo possit omnia sua peccata confiteri.*

*Anti-*

*Antipharmacum.*

A confitente nihil aliud exigitur; quàm vt quis ea mortalia in Confessione aperiat, quæ alicui post diligentem animi sui examinationem & diſcuſſionem occurrunt. Plus non requiritur. Nam ſi quæ mortiferæ noxæ in obliuionem penitus venerunt, eæ cum cæteris cognitæ, & in Sacramento Pœnitentiæ manifeſtatis, remittuntur. Nec impoſſibile eſt, vt homo ad hunc modum omnia capitalia crimina confiteatur.

Quæritur X. quis ſit optimus modus confitendi peccata mortalia. Reſpondet Lutherus in Colloq. Sympos. Tit. de *Conf. Auriculari*. Soll man ja alle Todtsünden beichten / ſo mag es mit nachſolgenden Worten kûrtzlich beſchehen. Ja mein ganzes Leben / vnd alles was ich thue / handle / rede vnd gedencke / das iſt also gethan / daß es tödelich vnd verdamblich iſt. Denn wenn es ein Weſch dafür hielte / daß es ohne Todtsünde were / das were die aller tödelichſte Todtsünde. *Quod ſi omnino peccata mortalia omnia confitenda ſunt, his ſequentibus verbis paucis fieri poteſt: Imò, mea tota vita, & quidquid facio, ago, loquor & cogito, id ita factum eſt & actum, vt mortale ſit & condemnatione dignum. Nam ſi quis hominum huius eſſet opinionis, quod mortalis peccati exors eſſet, id mortalium peccatorum omnium eſſet mortaliffimum.*

*Eadem habet Lutherus in Tract. de ratione confitendi Tom. 1. Lat. VIIteb.*

*Antipharmacum.*

NON omnia quæ homo agit, eſſe mortalia, hoc eſt, opera morte coram Deo digna, probo ex quadam Epistoſta Lutheri Tom. 1. Nouorum operum qua cum ſcor-

*Fol. 193.*

R to ſuo

to suo commendat Ioannem Aureum, quondam Sacerdotem, postea Apostatam & sacrilegum maritum; vbi ita scribit Lutherus. Bitte derhalben alle/denen Gottes Wort lieb ist/wollen disen beiden in solcher vnd andern nödigen Sachen günstig vnd förderlich sein/das wird Christus reichlich vergelten: *Rogo itaque omnes, qui verbum Dei amant, ut hos duos in tali, & id genus aliis necessariis causis commendatos habeant. Quod Christus abundanter compensabit.* Certè id quod Christus abundanter compensat, non est coram Deo peccatum mortale. Quis enim peccatum mortale præmio à Christo affici credat?

Deinde quod Lutherus docet peccata mortalia generatim solummodo patefieri debere; perinde facit ac si diceret; non esse necessarium, vt æger morbos suos medico speciatim indicet, sufficere, si vniuersim dicat; se malè; & quidem admodum malè habere; num in capite; num in stomacho, pectore, hepate, renibus, ventre, pedibus an manibus, nihil penitus ad rem facere.

Quæritur XI. An peccatorum circumstantiæ sint enumerandæ. Respondet Lutherus in Colloq. Sympos. Ein Mensch das beichten wil / sol die weitleunfftigen vnd manigfaltigen vnderschiedt der Sünden/vnd ihrer Umstände fahren lassen / vnd sich allein der Geboten Gottes befließigen / vnd dieselben für sich nehmen / vnd vbersehen / vnd seine Beicht darauff ordnen vnd kurz machen. Denn / wenn man die Gebot Gottes recht ansihet / so findet man drinnen / Wie Gott von dir ist durch allerley Sünde vbergeben/verachtet / vnd erzürnet. *Qui confiteri vult, varias, & multiplices differentias peccatorum, & circumstantias debet omittere: & ad præcepta Dei solum respicere, & ad manum sumere*

mere, adq̄ illa confessionem suam dirigere, & paucis expedire. Nam si praecepta Dei rectè inspiciuntur, reperitur in iis, quo pacto Deus à te in omnibus est proditus, contemptus & ad iram prouocatus.

In captiuit. Babylonica. Ego quidquid est circumstantiarum, consuluerim penitus contemnere. Apud Christianos una est circumstantia, quæ est peccasse in fratrem.

### Antipharmacum.

Hic iterum Lutherus egregium consultorem agit; quia perinde facit, ac si ægro suaderet, ne eas circumstantias, aperiret, sine quibus in morbi cognitionem Medicus peruenire nequit: nam qui generatim circumstantias omitti cupit, is illas quoque omitti cupit, sine quibus morbi species cognosci non valet. Quàm autem hoc consilium salutare accideret ægroto, tam salutare itidem accidit confitenti, si quis suadeat, ne vllas peccati circumstantias manifestet: sunt enim tales, quæ vel speciem morbi mutant; vel notabili additamento aggrauant, quas si Medicus ignorat, quo modo medicinam fructuosè adhibebit? Deinde pulchre admodum sibi constat Lutherus: paulò ante dixerat, satis esse, *ut quis generatim dicat, se in peccatis mortiferis harere*: Nunc percurri vult decalogum, vt quis dispiciat & annotet, in quæ praecepta deliquerit.

Quæritur XII. Num transgressiones contra leges humanas sint in confessione explicandæ. Respondet Lutherus in Colloq. potatoriis & culinariis, *Man sol einen grossen Unterscheid machen zwischen den Sünden/ die wider die Gebot Gottes / vnd Gesetz der Menschen geschehen seind. Dennoch die Gebot Gottes/ kan keine Sünde erkandt werden / aber an Menschen Gebot seyn wir mit nichten verbunden.*

*Similia tradit Lutherus lib. de ratione confitendi, præcepto decimo. Tom. 1. Lat. Viteb.*



Darumb wenn man beichten wil/so sol man nur allein die zehen Gebot für sich nehmen/ vnd sagen/wie man darwider gesündigtet habe.

*Magnum discrimen fieri debet inter peccata, quae sunt contra Dei praecepta, & quae sunt contra praecepta, & mandata hominum. Nam sine praeceptis Dei, nullum peccatum cognosci potest: mandatis vero & praeceptis hominum non alligamur. Quamobrem, cum confitendum est, ad praecepta Dei solum attendendum, & dicendum, quomodo contra haec peccata sine admissa.*

### *Antipharmacum.*

APOSTOLVS Rom. 13. iubet vt politicae potestati subimus, non tantum *propter iram*, sed & *propter conscientiam*: ne scilicet transgressione legum ciuiliū, conscientia laedatur: at non laeditur nisi per peccatum. Ergo & id, quod in leges humanas delinquitur, peccatum est. Si peccatum, ergo in confessione aperiendum: quia morbus est: Et sanari debet. Vt autem sanetur, oportet, vt à Medico cognoscatur.

Quæritur XIII. Vtrum peccata purè mentalia in Confessione manifestari debeant. Respondet Lutherus in Tractatu, quem vocat *Confitendi rationem*. *An peccata cordis occulta, ac sic soli Deo & homini, qui fecit ea, cognita, pertineant ad Confessionem Sacramentalem, extra medium captum est. Libentissimè negarem.*

### *Antipharmacum.*

CREDO equidem: cum enim non semel docueris, in cuiusuis arbitrio situm esse, vt quod velit in Cōfessione indicet; quod velit, supprimat; mirum non esset, etiamsi peccata occulta cordis à Confessionis tribunali ab-

li ablegares. Interim perinde facis ac ſi ægroto ſuaderes, ne morbos, ſibi ſoli cognitos, medico patefaceret. Eos enim abſque vlla manifeſtatione curari poſſe. Quis tam inſipiens eſt, qui conſilium hoc inſipientiæ non argueret? Nam quod Lutherus dicit, *penitus occultæ pertinere ad forum Dei*: id nihil eſt; quia confeſſionis quoque forum, nihil aliud eſt quàm forum Dei: & quod in eo ligatur aut ſoluitur, Deus ligat aut ſoluit.

Benè profecto Lutherus in Colloq. Menſalibus Tit. de Confefs. Auriculari. Man ſol die Leut für allen Dingen wol lehren / vñnd ſhnen einbilden / daß man nicht einem Menſchen / ſondern Gotte / vñnd dem H. Erren Chriſto beichte. Item, daß nicht ein Menſch / ſondern Chriſtus abſoluiere. Aber das verſtehn vñnd glauben ſetzt die Leute nicht. Heute habe ich den Böhemen Antwort geben / die wollen vñnd dringen dar auff / daß allein Gott die Sünde vergibt / vñnd ergern ſich an meinem Büchlein von Schlüſſeln. Darumb ſoll man die Leute lehren / daß man Chriſto beichte / daß Chriſtus abſoluiere durch den Mund deſ Dieners. Denn deſ Dieners Mund iſt Chriſtus Mund / deſ Dieners Ohr iſt Chriſtus Ohr. Aufſs Wort vñnd Befehl Gottes ſoll man ſtehen / vñnd ſich verlaſſen / nit auff die Perſon. Chriſtus ſitzt da Beichte / Chriſtus höret / Chriſtus Wort ſinds / nicht Menſchen Wort / ſo da gehört vñnd geredt werden auß deſ Beichtvaters Munde.

*Inſtruendi ſunt in primis homines, iisque perſuadendum, quod non homini, ſed Deo & Chriſto fiat Confeſſio. Item; quod non homo, ſed Chriſtus abſoluat. Sed id neq; intelligunt, neque credunt nunc homines. Hoc ipſo die Bohemis reſpondi: ij volunt, & perurgent, quod ſolum Deus peccata dimittat;*

Et scandalum, ac offendiculum patiuntur in meo libello de clauibus. Proinde docendi sunt homines, quod Christo fiat Confessio; Et quod Christus absoluat ore sui ministri: nam ministri os, est os Christi; ministri auris, est auris Christi. Niti oportet verbo Et mandato Dei, Et in hoc fidendum, non in persona ponenda fiducia: Christus sedet hic auditu confessiones, Christus has excipit; Christi sunt verba, non hominis, quae audiuntur Et dicuntur ex ore Confessarij. Christus igitur, iudice Luthero, primarius est in hoc occulto foro iudex: ad quod proinde etiam occultorum scelerum diiudicatio & absolutio pertinebit, cum primarius in hoc foro iudex, cordium & renum scrutator sit.

Quæritur XIV. Si quæ peccata cordis confitenda sunt, quænam sunt illa? Respōdet Lutherus in Tract. de ratione confitendi: Hoc ego contentus sum, quod non omnia peccata cordis sint confitenda, Si autem aliqua sunt confitenda ea tantum assero, quæ ipse manifestè scit sese contra diuina mandata in corde statuisse.

Quæritur XV. Vtrum confiteri necesse sit malas & impuras cogitationes quæ alicui occurrunt. Negat Lutherus loc. cit. Non confiteberis, inquit simplices cogitationes, de virgine aut muliere, aut econtra mulieris de adolescente; nec ipsas affectiones, nec ardorem libidinis mutuum seu inclinationes ad sexum alterum, quantumuis fædum. Adde, nec passionem talium. sunt enim hæ cogitationes frequentius passionem à carne, mundo, Diaboloue excitata, quas animus ferre cogitur inuita aliquando per multam moram, imò quandoque tota die, vel hebdomada.

Anti-

*Antipharmacum ad Quæſtion. XIV.  
& XV. Ex Luthero.*

LVſHERVS in confabulationibus Menſalibus. *Man ſold die Sünde deß Hertzens / die heimlich vnd allein Gott bekandt ſeindt / beichten / denn die heimlichen Sünden muß man auch beichten / die der Menſch allbereit wider die Gebot Gottes bey ihm beſchloſſen hat zu vollbringen; Peccata cordis, quæ ſunt occulta: & ſoli Deo cognita, etiam in confeſſione aperienda ſunt; quæ homo iam aduerſus præcepta Dei patrare decreuit. Idem dicendum de malis cogitationibus, quibus quis directè vel indirectè cauſſam vel occaſionem, & (multo magis ſi aſſenſionem) præbuit.*

Quæritur XVI. An poſſit homo omnia mortalia peccata confiteri. Reſpondet Lutherus in Tract. de confitendi ratione; *quòd oporteat hominem deſperare ſeſe omnia ſua mortalia peccata confiteri vnquã poſſe. Et doctrinam illam, quæ vulgatur in Eccleſia, ex Decretis, quod ſemel in anno omnium ſuorum peccatorum (ſicut ſonant verba) debeat facere confeſſionem omnis Chriſtianus, aut eſſe diabolicam, & homicidiſſimam, aut egentem multo & laxo interpretamento. Oportet, inquam, non omnia confiteri, nec mortalia, nec venialia.*

*Antipharmacum.*

I A M ſupra diximus: non eſſe neceſſarium, vt quis omnia peccata mortalia confiteatur: ſufficere, ſi ea ſacerdoti pandat, quæ poſt diligentem ſui diſcuſſionem memoriæ occurrunt. Omnia venialia etiam cognita, ad confeſſionem deferenda eſſe, Lutheri ſigmentum eſt, non Catholicorum aſſertum.

Quæ-

Quæritur XVII. Vtrum peccata contra duo postrema Decalogi præcepta in Confessione sint enumeranda. Negat Lutherus in Tract. de Ratione confitendi, vbi ita scribit. *Ipsa Dei præcepta breuiter sunt inspicienda, in quibus sine dubio omnia peccata continentur, si recte intelligantur. Nec tamen hæc omnia, sed vltima duo prorsus à Confessione sunt excludenda. Confessio enim breuis esse debet, & eorum potissimum peccatorum, quæ præsentè mordent, vt dicunt, quæ mouent ad Confessionem.*

*Antipharmacum.*

Et tamen in Colloquiis Mensalibus monet absolute Lutherus, vt confessus Decalogum percurrat, nulla noni & decimi præcepti exceptione facta. An concupiscere domum proximi sui; An desiderare vxorẽ eius, seruũ, ancillam, bouem, asinum, & alia quæ illius sunt, (quorum appetitionem vetat nonum & decimũ præceptum Catalogi in Catechismo Minore Lutheri) non sunt peccata in schola Lutheri: si vt supponitur, eiusmodi cupiditates sint voluntariæ? Si peccata sunt; ergo morbi sunt; ergo per Cõfessionẽ & absolutionẽ curãda.

Quæritur XVIII. Quomodo ipse Lutherus confiteri consueuerit. Respõdeo, hoc nobis explicari ab ipso Luthero in Colloq. Mensalibus Tit. *de Confessione: Meine Sünde/die ich beichte/ sind/dasß ich nicht zu vil bete/ auch Gott nit zu vil dancke/ vnd zu weilen zürne/ vnd Herzog Georgen fluche. Peccata mea, quæ confiteor, sunt ista: q̄ non nimis multũ orẽ: nec Deo nimis multas gratias agã, quodq; interdum irascar, & Duci Georgio maledicta dicam. De perpetua scortatione cum Moniali nullum verbum. Qua de caussa? Obsecro, cur Lutherus non obseruauit cõfitẽdi modũ, quẽ aliis præscripsit in Serm. Sympos. & in libro de Recta cõfitendi ratione? Qualis Lutherus furia fuerit*

fuerit, intelliges ex *Manſueto Luthero M. Conradi*; & quã diabolica conuicia in Inclytum Principem & Ducem Georgium exſpuerit; docebit te Anatomia D. Piſtorij, & meum HONORARIVM, quo Polycarpum Lauſerum co-honeſtaui. Quã parcus orationis quintus hic Euangelista fuerit, ipſemet nobis exponit epiſt. 234. ad Melancthonem ſcripta ex fictitia Pathmo. *Octo iam dies ſunt, quod nihil ſcribo, neque oro, neq; ſtudeo partim tentationibus carnis, partim alia moleſtia vexatus.* Ibid. *Confundis ac diſcruciat me tua egregia iſta ſuſpicio mei; cum ego hic inſenſatus, & induratus ſedeam in otio, pro dolor parum orans, nihil gemens pro Eccleſia Dei, quin carnis mee indomite vrer magnis ignibus, &c.* quibus exſtinguendis ducenda fuit Borrha ſeu Porna.

Tom. I. Lat.  
Epiſt.

Quæritur XIX. Quis ſit optimus modus ſeſe ad Confessionem præparandi. Reſpondeo, hoc nobis inſigniter à Luthero explicatum dari in Tractatu de Ratione confitendi. *Tumultum illum diſtinctionum penitus abſcindat cõfeſſurus, qui paſſim celebratur, ſcilicet; quid per timorem malè humiliantem, & amorem malè accendentem, quid contra tres virtutes Theologicas, fidem, ſpem, charitatem; quid cõtra quatuor virtutes Cardinales; quid per quinq; ſenſus, quid per ſeptem peccata mortalia, contra ſeptem Sacramenta, contra ſeptem dona Spiritus ſancti, quid contra octo beatitudines, quid contra nouem peccata aliena, &c.* Iſte enim odioſiſſimus & ta-dioſiſſimus catalogus diſtinctionum inutiliſſimus eſt, imò noxius omninò.

### *Antipharmacum.*

MVLTO gratiã Luthero, qui ſuis longè compendioſiorem confitendi rationem monſtrauit; quæ in hoc cõſiſtit, vt quis Confessionem vel omnino omittat, vel in ea, quæ lubet, percenſeat; quæ lubet, reticeat. Vel gene-

S

ratim

ratim cum confessorio hunc in modum tranfigat. Nihil aliud sum, quàm peccator, sicut canit David in Psal. 51. Ecce in iniquitatibus formatus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Velim nolim, peccator sim oportet, peccatū mihi innatum est, simul atq; in utero materno formatus eram, peccator eram, siquidem caro & sanguis, unde formatus sum, peccatum erant: Veluti Germani vulgari dicunt prouerbio: **Wo Haut vnd Haar böß ist / da wirdt kein guter Pelz auß / hoc est,** è pelle & pilis vitiosis, non conficitur bona vestis pellicia. Egre- giam sanè confessionem, quæ partim ex a pertis stultitiis, partim ex manifestis mendaciis contexitur. Concipitur quidem homo in iniquitatibus, sed postea per lauacrum regenerationis abluitur, ita vt ex iniquo fiat iustus, ab- sterfa omni illa peccati lue, in qua conceptus fuerat.

Quæritur XX. *Quid dicendum de casibus reſeruatīs.* Hanc quæſtionem expeditiſſimè nobis reſoluit Caſiſta noſter Tract. de Ratione Confitendi. *In caſibus reſeruatīs multi vexantur; Ego, quia ſcio leges hominum oportere epikiæ ſubiectas eſſe, & plus ad fauorem, quàm rigorem trahendas, eorum ſequor uſum & conſilium, qui in peccatis occultis nullum reſeruari caſum cenſent. Ideo, abſoluendos eſſe omnes, quorum occulta ſunt peccata, ut ſunt peccata carnis ſeu libidinis cuiuſcunq; ſpeciei, oppreſſiones infantium, & ſimilia. Nec enim præſumi debet ullus Pontifex voluiſſe in occultis peccatis tot laqueos & pericula animabus ponere.*

*Verùm ubi publicum fuerit crimen, ſeu caſus reſeruatius manifeſtus, omninò poteſtati deferendum eſt, ſiue ſit aqua, ſiue iniqua. In quo tamen ſic moderetur confeſſor vim clauis, ne conſitentem ſinat ſine abſolutione abire, ſaltem eorum peccatorum, qua reſeruata non eſſe, ſcierit. Quanquam ego iam dudum fluctuo, nec dum ſtationem diſputationis propria composui: An poſſit ullus caſus, quo ad remiſſionem culpæ reſeruari, aut vn-*  
quam

quam reſeruat<sup>us</sup> ſit: pœnam reſeruari, non eſt dubium; de quo eſto aliorum iudicium.

### *Antipharmacum.*

DE quo Lutherus hic ſe ambigere ſcribit; illud poſtea in omnibus ſuis ſcriptis, quaſi ex tripode, abſque vlla hæſitatione decidit ac definiuit: nempe nulla penitus peccata committi poſſe; quorum cognitionem, diiudicationem & abſolutionem ſuperior ſibi reſeruet; quod perinde eſt, ac ſi diceret; nullum tam atrox crimen in Imperio, Regno aut Principatu patrari poſſe, quod ſuo tribunali Imperator, Rex, aut Princeps reſeruare queat, adempta inferioribus iudicibus de eo cognoscendi facultate ac poteſtate. Mirum certè foret, ſi Princeps, iudicum inferiorum, ad quos omnis iuriſdictio à principe manauit, poteſtatem reſtringere, & certis limitibus circumſcribere non valeret. Idem & in noſtro propoſito cogita; cum iuriſdictio, qua inferior ſacerdos peccatores abſoluit, non niſi à ſuperioribus deſcendat, qui proinde poſſunt eam aut extendere aut contrahere, prout ad ſalutem animarum expedire videbitur.

*Vide capitulum.  
Babylon. cap.  
de Penitentia.*

Quæritur XXI. Quid conſeſſario agendum ſit, ſi conſitens vinculo excommunicationis aut alterius cenſuræ illigatus ſit. Reſpondet Iſlebicus Caſiſta in Tract. de Ratione Conſitendi: *Nec in pœna remiſſione nimium ſit ſcrupuloſus conſeſſor vel conſitens. Pœnam intelligo, excommunicationem, vel quamlibet Eccleſia cenſuram, ſeu, ut vocant, fulmina & tonitrua ſua.*





*Antipharmacum.*

Hic Lutherum memorem esse oportebat illius: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Si quis à Luthero excommunicatum (nam & ipse excommunicabat, ut patet ex Colloq. Coniualibus Lat. & Germ. tit. de *Excommunicatione*) absoluisset, mille fulminibus ob id facinus à Luthero percussus fuisset, tanquam Ecclesiasticę potestatis impudens contemptor & effrænis violator; & tamen ipse hic amplam omnibus ab excommunicatione, & aliis censuris liberandi facultatem largitur; qua quempiam aduersus se uti, nunquam imperiosissimus & fastuosissimus Hæresiarcha passus fuisset.

Quæritur XXII. Qua verborum formula confitens compellare debeat Ministrum seu Confessionarium, seu ut Nouatores libentius loquuntur, *Confessionarium*? Respondeo, hoc nobis tradi à Luthero in Minore catechismo; ubi ista: *In hunc modum alloqui debes ministrum verbi. Reuerende & dilecte Domine, rogo te ut confessionem meam audias & mihi propter Deum remissionem annuncies.*

Quæritur XXIII. Quid respondendum sit Sacramentariis, ridentibus, quod Lutherani Ministrum ita affantur. *Reuerende Domine, Wirdiger Herr.*

Respondeo id doceri à Luthero in Admonitione ad Francoford. Tom. 6. Ien. Germ. sequentibus verbis: *Daß sie vns aber das so hönisch verkehren / da wir die Kinder im Catechismo gelernt haben / also zum Beichtvatter zuspochen: Wirdiger Herr / ic. das wollen wir leyden. Wer nicht wil wirdiger Herr sagen / der sage / lieber Herr / oder lieber Vatter. Wir zwingen oder verdammen niemandt mit solchen Worten. Wir haben Gottes Gebott / der heist vns die Jugendt Zucht vnd Ehre*

Ehre lehren/ vnd den alten/ ſonderlich den Prieſtern/  
 Ehrerbieten/ vnd ſich gegen ſie demütigen/ &c. Aber  
 weil die Schwermer ſolche nörtige Zucht verſpotten/  
 Kan man wol mercken/ daß ihr hoher Geiſt nichts an-  
 ders iſt/ dann ein boßhafter/ fürſetziger Haß vnd  
 Neid. Nicht allein wider vnſer Lehr vñ Gottes Wort/  
 ſondern auch wider alle weltliche Zucht vnd Ehr. Die  
 Auffehr ſtinet ihnen zum Halse herauß/ vnd wolten  
 gerne alles gleich/ vnd kein Vnderſcheid leyden/ doch  
 ſo fern/ daß ſie allein zu lezt würdige Herrn hießen/ vñ  
 ſonſt niemandt/ wie Mürger wolt alle Herrn tödten/  
 vnd allein Herr ſeyn. Ich wolt/ daß man die Jugend  
 vnd Pöbel/ nicht allein gewehnet zuſagen/ würdiger  
 Herr/ ſondern auch/ heiliger Herr/ heiliger Vater/ vñ  
 müſten die Beicht heilig/ die Abſolution heilig/ die  
 Predig heilig/ vnd alles was zum Wort gehört/ heilig  
 heißen.

*Quod verò illud ſannis excipiunt, cum puerilem atatem  
 in Catechiſmo docuimus, ita Confefſarium compellare primi-  
 tus; Reuerende Domine, &c. hoc facile patimur; qui non vult  
 dicere, Reuerende Domine; Dicat, Chare Domine; vel, chare  
 Pater. Ad hanc, illamue formulam neminem cogimus; nec dam-  
 namus, ſi hanc potius, quàm illam ſequi malit. Habemus prae-  
 ceptum Dei; is mandat nobis, vt puerilem atatem, modeſtiam, &  
 venerationem, ſeu obſeruantiam doceamus, vtque ſenibus, pra-  
 fertim verò ſacerdotibus, honorem habeant, & ſe coram iisdem  
 humiliant, &c. Sed quoniam Schwermeri hanc neceſſariam  
 atati tenere modeſtiam, & humilitatem, adeoq; hanc inſtitu-  
 tionem derident, ſatis patet, quòd iſtorum altus ſpiritus nihil  
 eſt aliud, quàm affecta malignitas odij & inuidia, non modò  
 contra doctrinam noſtram & verbum Dei, ſed etiam contra  
 omnem politicam modeſtiam & obſeruantiam. Seditio ex illo-*

rum barathro exhalat; vellent in omnibus esse paritatem, & nullum rerum discrimen: ita tamen, vt tandem ipsi soli, essent & dicerentur Reuerēdi Domini, nec ullus alius; sicut Münzerus voluit Dominos omnes è medio sublato, & dominari solus. Equidem vellem, iuuentutem & populum assuesceri, vt non modò diceret; Reuerende Domine, sed etiam; sancte Domine, sancte Pater; adigereturque, vt Confessionem sanctam, absolutionem sanctam, cōcionem sanctam, & quidquid ad Verbum Dei pertinet, vocaret sanctum.

### Antipharmacum.

QVOD Lutherus se & suos symmystas appellari & compellari cupit *sanctos*, id nimium esse quis non videt? Vix ferunt, Sectarij, vt nominibus Cælitum, prænomen *sancti* præponamus; & ecce Lutherus suis Corydonibus ex plenitudine potestatis Illebicæ hæc tam honorificam nomenclaturam publico decreto tribuendam censet. Nam quòd S. Augustinus & S. Hieronymus se mutuò appellarunt *sanctos*, id istorum causam non promouet; quandoquidem Lutherus cum suis à sanctis illis tantum differt, quantum Belial à Christo; Asmodæus à Michaële Archangelo: tenebræ à luce, orcus ab æthere.

Quæritur XXIV. Vtrum omnes confiteri debeant. Respondet Lutherus negatiuè Tom. I. Nouorum Operum Homil. de Confessione: *Wer ein vesten starcken Glauben hat zu Gott / vñd ist gewiß / seine Sünde seynde ihm vergeben / der mag dise Beichte wol lassen anstehn / vñd allein Gott Beichten. Aber wie vil seynde deren / die einen solchen vesten / starcken Glauben vñd Zuversicht zu Gott haben? Qui firmam habet fidem in Deum, & certus est sibi peccata remissa, is hac confessione non eget;*

egēt; ſed ſoli Deo confiteri poteſt. At quam multi horum ſunt, quibus ſit tam valida & firma fides aut fiducia erga Deum?

### *Antipharmacum.*

Ex dictis ſequitur Lutherum non habuiſſe firmam in Deum fidem ac fiduciam, quia auriculari confeſſione uſus eſt; & ita quidem, ut non ſemel teſtetur, ſe nullo modo paſſurum, ut ea ſibi eripiatur. Darumb hab ich geſagt/ait Lutherus loc. cit. vnd ſags noch/daß ich mir diſe heimliche Beicht nicht wil nemmen laſſen / ich wil auch niemandt darzu zwingen / oder gezwungen haben / ſondern einem jedlichen frey heimſtellen. Unſer Gott iſt nicht ſo karg/daß er vns nur eine Abſolution/ vnd nur einen Troſtſpruch gelaffen hette/zur Stärck vñ tröſtung vnſers Gewiſſens / ſonder wir haben vil Abſolution im Euangelio/rc.

*Ideo dixi, & adhuc dico, quod auricularem confeſſionem mihi eripi non patiar. Ad hanc neminem cogo; ſed cuius liberam reliquo. Deus noſter non eſt tam parcus, ut nobis vnā tantum abſolutionem, & conſolatorium vnū dictum reliquerit, ad conſolandam, & pacandam conſcientiam noſtram; ſed multas habemus abſolutiones in Euangelio, &c.*

Quæritur XXV. Vtrum confeſſio eo fine ſit inſtituta, ut in ea confitentes recitent catechiſmum. Affirmat Lutherus in Admonitione ad Francoford. Die Beicht geſchicht nicht allein darumb / daß ſie Sünden erzehlen/ſondern daß man ſie verhöre/ob ſie das Vatter vnſer/ Glauben / zehen Gebott / vñnd was der Catechiſmus mehr gibt/ Können.

*Confeſſio non ſolum ea de cauſa inſtituitur, ut nonnulla peccata enumerent, (confitentes) ſed ut etiam examinentur*

*& au-*

& audiantur, utrum teneant orationem Dominicam, symbolum Apostolicum, decem praecepta & alia huiusmodi capita catechismi.

### *Antipharmacum.*

Hoc de catechismo collegit sine dubio Lutherus, quidlibet concludere doctus, ex illo Ioan. 20. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.* hoc est, Luthero Interprete, qui catechismum benè nouerint, & memoriter Prædicantis ad *scrutinium* recitauerint, illi dignerunt, quibus remissio peccatorum annuncietur, & epulum apponatur.

Quæritur XXVI. An non aliqui ab hac tam rigida lege recitandi catechismi in confessione excipiantur. Respondeo per se constare, aliquam exceptionem admitti debere; etiamsi Lutherus expressè de ea non monuisset, prout monuit in Admonitione ad Francofordienses. Neben diser Freyheit (daß ein jeder mag beichten oder nicht) behalten wir dise Weise/ daß ein Beichtkindt erzehle etliche Sünde/ die ihn am maisten trüffen/ vnnnd das thun wir nicht vmb der verständigen willen/ dann von vnserm Pfarherr/ Caplan/ M. Philips/ vnnnd solchen Leuten/ die wol wissen was Sünde ist/ fodern wir der Keins. Aber weil die liebe Jugend täglich daher wechset/ vnnnd der gemein Mann wenig verstehet/ vmb derselben willen halten wir solche Weise/ auff daß sie zu Christlicher Zucht vnnnd Verstandt erzogen werden.

*Præter hanc Confessionis libertatem (quod quiniis confiteatur pro arbitrio, vel non) nos hunc tenemus modum & morem, ut confitens recēseat peccata aliquot, quibus scilicet magis grauetur; Id quod non facimus propter doctos: nam à Parochis, Capella-*

pellanis, M. Philippo, & ſimilibus, qui norunt optimè quid peccatum, nihil horum exigimus: ſed quia iuuentus noſtra adoleſcit ſenſim, vulgusq; parùm intelligit, horum cauſa iſt hunc morem tenemus, vt Chriſtianam diſciplinam & intelligentiam imbibant. Excipiuntur ergo, vt vides, Parochus, Capellanus, M. Philippus Melanchthon, & horum ſimiles, viri intelligentes & prudentes, quorum ſapientia anguſtos catechiſmi fines longe tranſcendit.

### De Miniſtro Confessionis.

QVÆRITVR XXVII. Quis ſit Miniſter Confessionis. Reſpondetur ex Lutheri ſententia, quemlibet baptiſmate initiatum, Confessionis idoneum Miniſtrum eſſe. Audi Lutherum Hom. de Confess. Tom. 1. Lat. Witeb. *Neq; multum refert, ſiue is (Miniſter Confessionis) ſit ſacerdos, aut publicus Eccleſie Miniſter, ſiue alius quidã Chriſtianus: nam verbum quod loquitur, non ſuum, ſed Dei eſt: & Deus non minoris illud aſtimat, quàm ſi ipſe tecum locutus fuiffet.* Similia in cap. primum. Babyl. cap. de poenit.

Tom. 1. Nouorum Operum Hom. de Confessione. Es ſeyndt vil zweyſelhafftige vnd irrige Sachen/dar ein ſich der Menſch allein nicht wol ſchicken kan / noch ſie Begreifen. Wann er nun inn einem ſolchen Zweifel ſtehet / vnd weiß nicht wo hinauß / ſo nimbt er ſeinen Bruder auff ein ort / vnd helt ihm für ſeine anligende Noth / klagt ihm ſeine Gebrechen / ſeinen Unglauben / vnd ſeine Sünde / vnd bittet ihn vmb Troſt vñ Rath. Dann was ſchadets ihm / daß er ſich für ſeinen Nächſten ein wenig demütige / vnd ſich zu ſchanden mache.

Wann dir dann da ein Troſt widerfähret von deinem Bruder / den nim an / vnd glaube ihm / als wanns dir Got ſelbs geſagt hette /c. Wir müſſen auch vil Ab-

T

ſolution

solution haben/damit wir vnser blödes Gewissen/vnd verzagtes Hertz/ gegen dem Teufel vnd für Gott stercken vnd trösten mögen. Darumb soll man die heimliche Beicht nit verbieten/noch jemandes dauon halten.

Wer sich nun mit den Sünden beist/vnd der gerne loß were/Wil er ein gewissen Trost vñ Spruch hören/damit er sein Hertz stille/der gehe hin/vnnd Klage seine Sünde inn geheimß seinem Bruder/Bitte ihn vmb ein Absolution/vnd vmb ein tröstlich Wort. Gibt er dir nun ein Absolution/vnnd saget zu dir/ Deine Sünde seyn dir vergeben/ du habest einen gnedigen Gott vnd Barmhertzigen Vatter/ der dir deine Sünde nicht wil zurechnen/so glaube diser Zusage vñ Absolution frisch vnd frölich/vnd Biß gewiß/das dir Gott solche Zusage selbs thue/ durch deines Brudern Mundt.

*Multa sunt dubia, & erronea, ex quibus se aliquis solus expedire vix potest, nec capere. Quando igitur in eiusmodi est dubio, nec scit quò & quà, ducit seorsim fratrem aliquem, exponitq; illi necessitatem suam & defectus, suam infidelitatem & peccata, rogatque pro consolatione & auxilio. Nam, quid obest ipsi, quòd coram proximo suo se parum humiliat, & dedecorat?*

*Quando igitur hic consolatio aliqua obtingit à fratre tuo, illam cape, illique fidem presta, non aliter, ac si Deus tibi illam prolocutus esset, &c. Multa etiam indigemus absolutione, ut infirmam & imbecillem conscientiam, corq; desperabundum, contra diabolum, & coram Deo firmemus. Proinde, auricularis confessio prohiberi non debet, nec ullus ab hac auerti. Qui igitur contra vitia pugnat, & ab his liber esse vult, certam consolationem & sententiam desiderans, qua cor suum quietet: is sub secreto exponat fratri suo sua peccata, oret pro absolutione, & Verbo consolationis; quod si dederit absolutionem, dixeritque tibi;*

tibi; Dimiſſa ſunt tibi peccata tua, & quod habeas clementem Deum, qui peccata tua tibi imputare noliſt, crede huic promiſſioni & abſolutioni lætus & alacer, certuſq; ſis, quod Deus ipſe per Fratris os hanc faciat promiſſionem.

Quæritur XXVIII. An ipſæ etiam mulieres poſſint audire confeſſiones, & à peccatis abſoluere. Reſpondeo, non eſſe dubitandum; ſi enim, vt ex Lutheri oraculo audiuiſimus, quilibet Chriſtianus abſoluere poteſt, cur non & mulieres, cum & ipſæ in Chriſtianis numerentur? Deinde omnes baptizati ſunt ſacerdotes, vt iã alibi nos docuit Lutherus; ergo & mulieres ſunt ſacerdotes, ergo idoneæ miniſtræ confeſſionis & abſolutionis.

Et ne videamur paradoxa pluſquam ſtoica loqui; adeamus ipſas Saxonici Phœbi cortinas. In libello de inſtituendis Miniſtris ita canit. *Nos omnes qui Chriſtiani ſumus, habemus commune hoc officium clauium. Stat enim verbum Chriſti Matth. 18. nõ Apoſtoliſ tantum, ſed omnibus prorsus fratribus dictum: ſi peccauerit in te frater tuus, corripe eum, &c. Chriſtus hic dat ius & uſum clauium cuiſlibet Chriſtiano (ergo & mulieribus Chriſtianiſ) dum dicit: ſit tibi ſicut Ethnicus Quis enim eſt ille, SIT TIBI, quem alloquitur Chriſtus hoc pronomine TIBI? An Papam? Imò quemlibet ſeorſim Chriſtianum. At dicendo: SIT TIBI, non modò ius dat, ſed uſum & executionem mandat. Quid enim eſt dicere? Sit tibi ſicut Ethnicus; niſi tantum, noli ei conuerſari, communionem illi neges. At hoc eſt verè excommunicare, & ligare ac claudere calum. Confirmat id, quod ſequitur; quodcunque ligaueris, ligatum eſt. Qui ſunt illi, quos alloquitur? Nonne omnes Chriſtiani? nonne Eccleſia? Quod ſi hic non uſum, ſed ius tantum dedit clauium Eccleſiæ, eadem authoritate dicemus,*



nulli vsquam esse datū vsū, ne Petro quidem *Matth. 16*. Nam prorsus eadem sunt Christi verba ubique, quibus ligandi & soluendi officium tradit. Si vno loco, aut vni personæ ius traditum significant, vbiq; ius traditum significant. Si vno loco vsū traditum significant, vbiq; vsū traditum significant, &c. Cessent ergo hominum mendacia; Claves sunt totius Ecclesie & cuiuslibet membri eius, tam iure, quàm vsu & omnibus modis. Mulieres ergo non tantum iure, sed & vsu ipso sunt sacerdotes & sacerdotalibus officiis fungi aptæ.

Non dubito, inquit Lutherus in captiuit. Babyl. cap. de Pœnit. eum esse à peccatis suis occultis absolutum, quisquis siue sponte confessus, siue correptus veniam petierit & emendauerit coram quouis priuatim fratre: quia Christus manifestè dedit absoluerè cuiuslibet suo fideli. (ergo & fidelibus fæminis) Subdit Lutherus saluberrimum ad Episcopos consilium. De occultis audienda Confessionis facultatem permittant liberriam omnibus fratribus & SORORIBVS, vt peccator cui voluerit, suum peccatum reuelet, veniam & solatium ex ore proximi petiturus.

In cap. 36. Genes. Tom. 6. Lat. Witeb. ita delirat Lutherus. Si res adeo indigna est, vt pudeat eam coram ministro proferre, in alterius Christiani & p̄i hominis, quisquis tandem fuerit, (seu vir, seu mulier) sinum effundant, cuius fides perspecta sit, apud eum conquerantur de iis, quæ urgent & exstimulant conscientiam, & querant consilium: O mi frater (O mea soror) consule turbatæ & afflictæ conscientia meæ, ne in peccatis meis moriar, neue laqueo aut ferro vitam abrumpam. *Drath lieber Bruder (liebe Schwester) ich werde mich hengken/ertrencken/ oder ein Leyde thun/ inn meinen Sünden dahin sterben/ &c. (lösch lösch/ lieber Bruder lösch/ das Sewr schlegt vber das Dach auß.)* Quis frater, quæ soror tam ferreo sit pectore, quem vel quam tantæ

tantæ preces ad impertiendam absolutionē non emolliant ?

Quæritur XXIX. An non exstiterit aliquis de prædicantium grege, qui singulari deuotione impulsus, alicui Sorori peccata sua, iuxta doctrinam Lutheri, confiteri, & ex ore eius Verbum Domini annunciantis veniam & solatium, haurire cupiuerit. Respondeo, non deesse exempla. Memorabile est illud, quod commemorat Georgius Scherer in sua Postilla de Tempore, concione tertia; Tertia Dominica Quadragesimæ habita. Adscribam eius verba. Auß vnrechter Deutung dises Spruchs sancti Iacobi (darumb bekenne einer dem andern seine Sünde) hat sich ein andere Histori Begeben / nicht weit von hinnen inn disem Lande Oesterreich: Ein schöne junge Witwe / ein Landtfraw / beichtet einem Lutherischen Predicanten. Nach verrichter Beichte / mutet der Predicant der Witwin zu / sie solt ihn auch Beicht hören / er hette ein Andacht / ihr sein heimlich Anligen zu vertrauen. Die Lutherisch Landtfraw erschriekt vber disem Begehren / vn̄ weiset den Predicanten davon ab. Er aber köm̄t herfür mit dem Spruch S. Iacobi: Wer bekenne dem andern seine Sünde. Darüber ergerete sich die Fraw dermassen / daß ihr der ganz Lutherisch Glaub / darinnen sie geboren v̄nd erzogen war / verdächtig wirdt. Schicket derhalben nach mir / erzehlet den ganzen Handel / v̄nd lässet sich in der Catholischen Religion v̄nderweisen / beichtet darnach mir auff Catholisch / v̄nd empfähet das hochwirdig Sacrament auß meinen Händen.

*Ex malo intellectu huius sententia S. Iacobi (confitemini alterutrum peccata vestra) accidit in Austria, non procul hinc (hoc est, Vienna) memorabile quiddam. Vidua nobilitate*

te & forma spectabilis confitebatur Prædicanti cuidã. Absoluta confessione rogabat Prædicans, ut ipsa vicissim suam confessionem audiret, sibi enim in optatis esse, arcana pectoris sui ei credere. Mulier super hac petitione exterrita, Prædicantem repellit: Atqui, aiebat ille, scriptum est; *confitemini alterutrũ peccata vestra.* Quare mulier in tantũ offensa fuit; ut ei tota Lutherana secta, in qua nata & educata fuerat, suspecta redderetur. Me igitur aduocandum curans, rem totã ex ordine exponit, & se in Catholica religione instrui orat. Postea Catholico ritu confessã Eucharistiam ex mea manu accepit. Hæc ille.

Vides igitur istos stultitiæ suæ fundũ & fundamentũ, si non, ut ita loquar *totale*, at *partiales*; ponere in illo dicto S. Iacobi perperam accepto & interpretato, tametsi Lutherus insipientiæ suæ fabricã sacerdotio omnibus æqualiter cõmuni, inædificet, ut iã non semel audiuius. O quoties, inquit Cochlæus in Septicipiti cap. 30. obiecerũt mihi Lutheri discipuli illud Iacobi: *Confitemini alterutrũ peccata vestra:* Quanta illusionem risuq; mimico rogauerunt, num, *Alterutrũ*, significet Sacerdotem. Et tamen certum est S. Iacobum nihil aliud voluisse, quàm ut sacerdotibus confessio sacramentalis fiat.

Quæritur XXX. Vtrum Minister iis de rebus, quas in confessione audiuit, in iudicio testari queat. Negat Lutherus in Colloquiis symposiacis, tit. *de Confessione*, & recte quidem: additq; causam; quia aliquis non tam Ministro, quàm ipsi Christo confiteretur. Quocirca ut Christus, quidquid dicitur, occultum tenet, ita & Minister, quidquid accepit, sub silentij velo occultare debet.

### *Antipharmacum.*

Hæc non malè Lutherus. Sed quis fidat Prædicantibus, cũ non desint, q̄ audita in confessionis abdito, p̄derunt,

derunt, & in vulgus enunciarunt. Exempla cōmemorauī in Panegyrico Misenico c. 14. Quid Calviniani Angli in Pseudofynodo Londinensi c. 113. sanxerint, accipe. *Si quis peccata sua occultiora alicui Ministro priuatim cōfiteatur (conscientiam suam exonerando, quò ab illo spiritualem consolationem & leuamen percipiat) eum hac nostra Constitutione nullatenus teneri volumus: quin potius strictè illi precipimus, ne eiusmodi aliquod crimen, aut delictum fidei ac taciturnitati suae taliter cōmissum cuius persona aliquādo retegat, nisi sit ex eo genere criminū, quorū occultatio ex legibus huius regni sit capitalis: qui cōtrā fecerit, eo ipso irregularis esto.* Hæc synedrij illius assessores. Ex quibus intelligis stultos meritò reputari, qui mentis suæ arcana Prædicantibus pandant. Nam quæ fides sit seruādi secreto, quæ secreta esse oportet; cū ab illis vniuersa fides tam diuina quàm humana exulet?

Quæritur XXXI. Quid Calvinistæ de Lutheranis Confessionariis, & eorum Confessione auriculari sentiant. Respondeo, hoc nobis copiosè explicari ab Amādo Polano, Calvinista Basileensi, in disputatione de Confessione. I. *Multi, inquit, Ministrorum captant, ut quam plurimos, maximè ditiores ad se alliciant, sibiq; deuinciant; ut tanto plus lucri ex audiendis confessionibus ipsorum consequantur.*

II. *Per Confessionem Lutheranauricularem introducitur αεροποληψία, aliena à fide Christiana Iac. 2. ver. 1. & seqq. dum pauper Confessionem facere volens, diu saepe exspectans, diutius exspectare cogitur, donec ditiorum ampliori precio absolutionem redimentium, confessiones prius fuerint audite. Quin Confessionarij quidam, præteritis & neglectis pauperibus, ante ipsos stantibus, ditiores signo manu dato ad se accersunt, ut quàm primùm illos absoluant & dimittant. Nōne isti contumelia afficiunt pauperem, & respectum personarum habent?*

III. Per

III. Per Confessionem Lutheranauricularem introduci-  
tur inuidia, & dissensio inter ipsos ministros; quorum alius alij  
maiores confitentium, praesertim diuitum, numerum inuidet.  
Hinc calumnia, hinc obrectationes, hinc contentiones, maxi-  
mè cum persona aliquot ditiores, priore suo Confessionario reli-  
cto, alium sibi delegerunt.

IV. Per Confessionem Lutheranauricularem malè con-  
sultitur etiam ipsis confitentibus. Nam ministrorum quidam a-  
deo sunt morosi, & impleti inuidia, & odio, ut eos, qui alio  
Confessionario utuntur, saepe consilio, & solatio iuuare nolint:  
sed ad Confessionarium ipsorum ablegent. Quid, inquit, mi-  
hi, tecum est rei? ab eas ad tuum Confessionarium.

V. Per Confessionem Lutheranauricularem augetur au-  
dacia, & insolentia eorum ministrorum; qui Diotrophico inge-  
nio sunt praediti: qui grauissimos, doctissimosq; viros, & se mul-  
tò meliores, ob leuem in doctrina, vel alia quapiam re, dissensio-  
nem, occasione Confessionis, improbè constringunt, exagitant  
& excruciant: quosdam etiam ab usu Cæna Domini arrogan-  
ter excludunt & submouent.

VI. In Confessione Lutheranauriculari administranda,  
Ministri, (Lutherani) praesertim Nouitij, experientia spiri-  
tuali carentes, & in schola Crucis Christi nunquam versati,  
frequenter non tuentur personam, ut vel laborantes conscien-  
tia vulnere, rectè & solidè solari nequeant; vel arcana sibi com-  
missa in priuata confessione, per imprudentiam, vel potius gar-  
rulitatem effutiant, & patefaciant, & confitentibus periculum  
creent; similes illi, qui se plenum rimarum esse, & hac, atq; illas  
persuere profitebatur.

Hic tandem Calvinista ipsum rei caput, imò iugu-  
lum tetigit. Lutherani Prædicantes frangunt sigillum, ut  
nos Catholici solemus loqui. Nec fidem seruant, nec si-  
lentium. Nec os continent, pleni rimarum, & confiten-  
tibus

tibus periculum creant. Quàm fatui igitur sunt, qui his *Confessionariis* vtuntur, quibus nulla *secreti Sacramentalis, vel naturalis* cura & religio, quique impunè scelera audita sese propalare posse credunt. Ex quorum numero tres illi Prædicantes Saxonici; Confessarij Doctoris Crellij Cancellarij, capite mulctati: qui in concione funebri, qua decollato parentarunt, quamque postea typis excusam per totam Germaniam sparserunt; non erubuerunt, quod in Confessione miseri Crellii cognouerāt; coram vniuerso mundo prodere; & hanc suam proditionem his verbis publicè testatam relinquere: **Dar auff er (Doctor Krell) seine Beicht gethan. Welche also beschaffen gewesen / daß ob wir wol das senige / so er bekandt / billich mit vns in die Gruben nemmen / dannoch wir vngeschewhet sagen dörfffen / daß er / (Doctor Krell) für Gott / vnd vns seinen Dienern / so vil erkandt / vnd bekandt / daß er disen Todt gar wol verschuldet habe.**

*In Orat. funeb.  
fol. 57.*

*Post hac, confessus est (D. Crellius) quæ eius Confessio ita comparata fuit; ut, quamuis id, quod confessus est, merito reticeri, & cum sepultis sepeliri deberet, intrepidè tamen dicere audeamus, ipsum Crellium tam multa coram Deo, nobisque, Dei Ministris fassum, & confessum esse, ut se hoc mortis supplicio dignum iudicaret. In malam crucem cum his Confessionariis: qui vt nullam in mente fidem, sic nullum in fronte ruborem habent.*

Quibus similis ille Prædicans de quo Schererius in *Po-  
stilla*, Concione I. in primam Dominicam post Pascha.  
**Es ist nit lang / daß ein Kriegsobristen einen Lands-  
knecht wolte hencken lassen / wegen seines gegen den ar-  
men Bawren vnd Landvolck geübten Freuels vnd  
Wuthwillens. Weil aber ermelter Landknecht die**  
D That

D

That

That gelaugnet / vnd deshalben man mit der Scherz  
pfe nicht mit ihm procediern dörfte / findet sich ein  
Lutherischer Prædicant / der höret den Gefangnen  
Kriegsman beicht. Vnd als er auß der Beicht der  
Sachen beschaffenheit vernimbt / lauffet er als bald  
zu dem Obristen / vnd spricht: Gnediger Herr / E. G.  
mögen den Landknecht sicherlich hencken lassen /  
denn er hat nicht allein das / sondern auch ein mehrers  
in der Beicht bekennet. Darauff hat der Landknecht  
hangen müssen. Solches habe ich auß dem Munde  
des Obristen selber gehöret. Heisset das nicht auß der  
Schuel geschwäzget.

*Non multum effluxit temporis, quod Capitaneus qui-  
dam adiudicare vellet suspendio militem ob furta, aut vim  
quam exercuerat, in rusticos & colonos. Et quia miles hæc  
negabat, ideoque vindicta iure cum ipso procedi non posset; ad-  
est isthic quidam Prædicans; miserieque huius rei confessionem  
excipit. Re igitur tota è confessione militis intellecta, mox  
currit ad Capitaneum, & inquit; Domine, hunc militem  
suspendio potes tuto & secure addicere. Non enim hoc dunta-  
xat facinus, sed maius aliud in confessione dixit. Vnde miser  
in furca pendere debuit. Quam rem & historiam ex ore ipsi-  
us Capitanei accepi. An vero non est hoc sigillum confessionis  
infringere?*

Ibidem cōmemorat idem Schererius hanc Historiã:  
Nicht weit von Wien bekennet ein Wittib einem Præ-  
dicanten / wie sie sich nach absterben ihres Herren / der  
ein Hauptman gewesen / mit ihrer Kinder Præceptor  
so starck vergriffen hette / daß sie von ihm schwang-  
er wer worden / gleichwol habe sie sich mit ihm ver-  
eblichen. Nach dem der Prædicant diß in der Beicht  
vernimbt / bringt er von stund an den ganzen handel  
für

für die grundt Obrigkeit / die stoffet die Sünderin  
von Hauff vnd Hoff. Darzu erzehlet der Prædicant  
ihre ganze Beicht / vor einer grossen mennig Volcks  
von der Canzel herunder. *Non longè Vienna.*

*Vidua quædam Prædicanti cuidam per confessionem aperit,  
quod post obitum mariti sui, qui Capitaneus alioqui fuisset, à  
liberorum suorum Padagogo domestico esset impregnata:  
quanquam ipsè postea se iusto coniunxisset matrimonio. Hac ubi  
Prædicans ex Confessione intelligit, rem totam rectè exponit  
fundi Dominis: ij quam primum miseram è fundo, domoque  
exigunt & extradunt. Nec id satis Prædicanti: Confes-  
sionem ipsam mulieris totam, coram frequenti concione pro sug-  
gestu deblaterat.*

En fidem & fidelitatem Prædicantium. Quid autem  
inde exstiterit, cum maritus quidam vxori suæ in articu-  
lo mortis confessus fuisset, docebit te idem Schere-  
rius tertia concione Tertiæ Dominicæ in Quadragesi-  
ma. Nam si Prædicantes silentium non seruant, quo-  
modo *Prædicantissæ* vel aliæ sexus muliebris Confessa-  
riæ, animalia loquacissima, apud se audita continerent;  
cum sint sicut laguncula plena musto, quæ spiraculo  
carer.

Quæritur XXXII. Vtrum Lutherani suæ confessio-  
ni adiungant vel subiungant satisfactionem. Respon-  
deo, illis non opus esse satisfactione, quorum hoc  
est axioma. *Ante Deum nulla re egemus, nisi solummo-  
do nuda fide.* Lutherus in Hom. Euangel. Dominica  
IV. post Trinitat. Item. *Sapius audistis, quod erga  
Deum operibus non egemus, sed erga hominem.* Et super  
Euangel. de piscatura Petri. *Quanto es sceleratior, tan-  
to citius Deus gratiam infundit, Item magna pars eo ten-*  
dit. *dit. v3*



dit, ut se adornet, sicut catus, & postea iubeat eos Deus accipere. Nequaquam. Scriptura Deum sic laudat, quod aufert peccata, & proiicit ea in mare. Quam tu satisfactionem ab his exspectes, qui talia axiomata fundunt: Et sola nudaque fide omnia transigunt?

Quapropter Lutherus etiam in Captiuitate Babylo-nica stomachosissimè in satisfactiones à confessariis iniungi consuetas debacchatur, ita vociferans. *Sic instant & necessariam faciunt, ut fidei in Christum non relinquunt locum* (imò vel maximè satisfactiones imponuntur, & suscipiuntur, ut Christo eiusque dictis & promissis fidem habeamus; Absque hoc enim esset; satisfactionibus nemo collum substerneret) *miserrime excarnificatis eo scrupulo conscientis, alio currente ad Romam, alio huc, alio illuc, alio in Carthusiam, illo in alium locum, alio virgis se flagellante (facinus sanè indignissimum) alio corpus suum vigiliis & ieiuniis occidente: à qua tamen culpa procul abfuit Lutherus; quia corpus satis viuax & vitale habuit, quando omnia nouare & turbare coepit; tametsi alibi non semel asperitatem vitæ à se traductæ plenis tubis decantet.*

Quæritur XXXIII. Vtrum Nouatores vtantur etiam excommunicatione, aliisque censuris. Respondeo, sub exordium Euangelij noui omnes censuras & pœnas Ecclesiasticas penitus fuisse sublatas; quo libertatis Christianæ fucò Hæresiarchæ plures inescarent, & in retia sua pellicerent. Quid enim carni & sanguini amabilius, quam impune quiduis audere, sine vllò vllius multæ Ecclesiasticæ metu? Sed cum postea vitia non modo copiosè succrescerent, sed & passim, torrentis instar, exundarent, coacti sunt Lutherus & Symmystæ de excommunicatione post liminio restituenda cogitare: vt patet

patet ex Colloquiis Germanicis & latinis Lutheri; Et ex Epistolis Caluini, aliorumque Prædicantium, maxime Sarcerij, chartis.

Sed magno labore reductio hæc constitit, populo iam ad effrenem licentiam assuefacto, collumque iugo iterum subdere recusante; aliis itidem metuentibus, ne si Prædicantes, hominis genus sui impotens, & ad vindictam procliue; Excommunicandi potestatem nacti fuissent; ea potius ad destructionem, quàm ad ædificationem vterentur, Et in quosuis, qui genua coram Baal curuare nollet; anathematis fulmen vibrarent. Quapropter non defuerunt; qui publicis libris contenderent Excommunicationem, semel facessere iussam, restitui non debere, horum in numero fuit Thomas Erasmus, Medicus Heidelbergensis, cui alio volumine Beza fortiter se opposuit.

Alij, restituendam quidem censuerunt, sed ius & arbitrium plectendi non penes Prædicantes, sed penes deputatos quosdam ex nobilitate residere voluerunt; prout factum in Austria, ex præscripto Austriacæ *Agenda*; quam Chytræus composuit. Sed è vestigio complures verbi Lutherani præcones, sonoris vocibus reclamauerunt, & tanquam Ecclesiasticæ potestati aduersa fronte aduersantem, *Agendam* illam in ius ambulare iusserunt; non enim Laicis, sed Ministerio Prædicantium excommunicationis gladium concessum esse. Qua de re lege Georgium Schererum in Postilla Dominicali Dominicæ VI. post Pascha, concione prima. Anglicani Calvinistæ molliores non tantum *excommunicationem* sed & *irregularitatem & suspensionem* retinent, vt videre est in Pseudosynodo Londinensi, Anno M. D. CIII, celebrata.

Quaritur XXXIV. quibus bonis Lutherana Excommunicatio priuet. Respondeo, hoc nobis explicari à Luthero in Serm. de Excommunicatione Tom. I. Lat. Witeb. Excommunicatio est *privatio communionis externa*, inquit Lutherus, scilicet *Sacramentorum, funeris, sepultura, publica orationis, deinde aliarum corporalis necessitatis rerum & conuersationis*. Excluditur ergo talis excommunicatus à cœna, & ne in baptismi administratione officio *Patrini* fungi possit. Concionis tamen audiendæ benignam copiam faciunt Lutherus & Calvinus, ille in Colloquiis; hic in Epistolis suis.

---

## DE EXTREMA VNCTIONE.

**V**ÆRITUR I. An extrema vnctio sit Sacramentum. Respondet Lutherus in capt. *Babylonica*. *Mihi verò neganda sunt principio septem Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda; Baptismus Pœnitentia, Panis*. Cur non vinum quoq; adiecit, vt hoc additamento quatuor Sacramenta acquireret? Si ergo tria hæc duntaxat in Sacramentis numeranda sunt; necesse est, vt ex Sacramentorum Catalogo extrema vnctio expungatur.

### *Antipharmacum.*

*Hoc vnctionis extrema Sacramentum non damno*, inquit Lutherus captiuit. *Babyl. cap. de extrema vnctione*. Et in *cap. de Confirmatione*: *Non hæc dico; quod damnem Sacramenta septem*. Ergo nec extremam vnctionem damnas; quia & hæc septenario illo numero comprehenditur. Quid igitur damnas aut negas? *Quod septenarius iste numerus ex scripturis probari possit*. Scilicet, ideo non potest, quia

quia tu non poſſe perſuaſum habes. Si alia ſententia animo tuo ſederet, iam nihil dilucidius eſſet; quàm ſeprenarium Sacramentorum numerum ex ſacris literis demonſtrari poſſe.

Quæritur II. quis ſit effectus extremæ unctiõnis. Reſpondet Lutherus loc. cit. *Non negamus per extremam unctiõnem dari remiſſionem & pacem.*

Quæritur III. Quid dicendum; ſi quem Miniſter ioco inungeret, inunctus autem rem ſeriò agi crederet? Reſpondet Lutherus loc. cit. *unctiõnis effectum equè dari inuncto, ac ſi Miniſter ſeriò rem gereret. Fides enim ſuſcipientis non errat, quantumlibet Miniſter erret: Si enim ioco baptizans aut abſoluens, hoc eſt, non abſoluens (quantum ad miniſtrum pertinet) reuera abſoluit & baptizat, ſi credat baptizatus & abſoluendus, quanto magis ungens extrema unctiõne pacificat, etiam ſi reuera non pacificet, ſi miniſterium ſpectes, cum nullum ſit ibi Sacramentum? Fides enim unctiõis etiam hoc accipit, quod conferens aut non potuit, aut non voluit dare, Sufficit enim unctõ verbum audire & credere: quidquid enim credimus nos accepturos eſſe id reuera accipimus, quidquid agat, non agat, ſimulet, aut iocetur Miniſter.*


### *Antipharmacum.*

Ex hac Lutheri doctrina (ſi delirium doctrinæ nomẽ meretur) admiranda conſectaria ſequuntur. Primò, verè & validè baptizari eum, qui ioco vel per ludibriũ aqua perfunditur, aut in fontem aut flumen detruditur; ſi ipſe credat ſe baptizari: cum baptiſmus & effectus eius non pendeat à Miniſtro, ſed à ſuſcipientis fide.

II. Sequitur, ſi quis caupo, imò & cauponis vxor, alicui panem & vinum per iocum, tanquam cœnam, apponat, alter autem cum fide panem & vinum, tanquam

quam cœnam Dominicam, absumat; eum corpus & sanguinem Christi verè manducasse & bibisse; cum hic attendendum non sit, quid Minister agat aut simulet, sed quid cœnans se accipere credat; omne autem illud verè accipiat quod se accepturum credit. *Stat enim Christi sententia;* inquit Lutherus, *credenti omnia possibilia sunt.* Imò, si Lutheri vestigia pressius premere velis, ipse tibi metipsum baptismum, cœnam & absolutionem conferre & administrare poteris, dummodo credas te accepturum, quod per baptismum, per cœnam & absolutionem dari solet.

III. Sequitur Lutherum à sua itidem Borra, etiam iocante, absolui potuisse: dummodo se absolui vel absolutum crederet. Et cur non credidisset? cum scriptum sit, ut ipse Lutherus citat, *fiat tibi sicut credidisti.*



## DE SACRAMENTO

### ORDINIS.



**Q**VÆRITVR I. Vtrum Ordo sit Sacramentum apud Lutherum & Lutheranos. Respondeo, aliquando esse; aliquando non esse, prout Spiritus spirat, ut patet ex Quæstionibus de Sacramentis in genere.

Quæritur II. Quis Prædicantes ordinet. Respondetur; inordinati Prædicantes.

Quæritur III. Quis primus fuerit, quem Lutherus ordinavit. Respondetur, fuisse M. Georgium Rorarium, Anno 1525. ut habetur Tom. 2. Nouorum operum Lutheri fol. 275.

Quæri-

Quæritur IV. Quem modum tenuerit Lutherus quando aliquem ordinauit. Respondeo, hoc accuratè describi in Colloquijs *potatoris* Titulo de *Ministris Ecclesie*. Nam cum Anno 1540. Lutherus ordinaret M. Benedictum Schuhmann; legit sententiam Act. 13. quomodo duobus Apostolis Paulo & Barnabæ manus impositæ fuerint. Item cap. 10. Act. vbi Paulus monet Episcopos & Parochos Mileri, vt caueant sibi à lupis. Item ex 1. Epist. ad Tim. 3. & ad Titum cap. 1. quibus dotibus Episcopum instructum esse oporteat. Post exhortationem imposuit ei manus recitans orationem Dominicam (at sine salutatione Angelica) & quidem (quod permirum) flexis genibus, & sonora voce. Vbi consurrectum, oculos suos leuauit in cœlum, & voce silentia rupit in hunc modum: *Domine Deus cœlestis, misericors Deus, &c. obsecramus te, vt hunc famulum tuum in tuam messem mittere, & adiuuare digneris, &c. Darumb wünsch ich dir mein lieber Bruder (es gilt) darzu Glück vnd Segen zc. Darnach sang man: Nun bitten wir den heiligen Geist zc. Ite, Nihil est.*

Si quæras ex Luthero, in quibus Bibliis præcipiatur, vt ordinatio huiusmodi cæremoniis peragatur; Respondebit ex suo libro de verbis cœnæ: *In cauerna fuliginosa, seu antro Cyclopi id reperiens, vbi habent sua Biblia* (Lutherani & Calviniani)

Quæritur V. Quis dederit Luthero potestatem ordinandi Ministros Ecclesie, imò etiam Episcopos; nam duos ordinauit. Respondeo, ipse sibi metipso. Vel si non placet hæc responsio, accipe aliam: *Doctōratus*: nam hunc passim obrudit pro legitimo vocationis suæ insigni; & pro argumento potestatis ordinandi & instituenti Prædicantes. De quo vide extremum Lutherum A-

academicum, & Actum Doctorem Ingolstadij celebratum Anno 1609. & postea Cracouiæ excusum, & Orationem Nicolai Serarij de hoc eodem argumento.

Si dicas: *Hinc sequi, omnes Doctores esse legitime vocatos & præditos potestate ordinandi Prædicantes*, occurret Lutherus; aliam esse rationem sui Doctoratus; & aliã eius, qua alij, puta Carlstadius, insigniti fuerunt: suum enim fuisse de cælo; tametsi eum à Carlstadio tanquam à promotore, acceperit; at illum Carlstadij fuisse de terra, ac proinde terrenum, & nulla vi cœlestia charismata impertiendi instructum. sed de hac re lege, vt dixi, Lutherum Academicum.

Quæritur VI. An hodie Prædicans ille censeri possit ordinatus, qui à Magistro, vel etiam ab eo, qui ne ad Magisterij quidem Philosophici gradum ascendit; ordinatus est: Respondeo; talem pro ordinato haberi non posse, si Doctoratus est adæquata huius ordinationis causa. Hinc ne in has difficultates Prædicantes incidant, prudenter fecerunt, quod vel consistorijs, in quibus crebrò nullus Doctor Theologus; vel Superintendentibus, vel aliis Prædicantibus munus ordinandi demandarunt; quia vt Sarcerius in libello de Consistorijs dicit; *parum refert, quis ordinet, dummodo ordinatio habeatur.*

Quæritur VII. Vtrum ordinandi habere debeant testimonium vitæ & doctrinæ. Respondet Lutherus, affirmatiuè, vt & Sarcerius in suo libello de consistorijs; ne indocti, vagabundi, erronei & infames ad hunc tantum dignitatis gradum ascendant. *Darmit man nicht lose Leuth / inquit Sarcerius / zu den Kirchenämptern kömen lasse / wie ich dann weiß / daß an einem Ort geschehen / daß einer zu einem Pfartherm ist angenommen*

men

men worden / vnd da man endelich solte zusehen / da hette er keine Ohren / sondern dieselbigen am Pranger bekleben lassen. Iste Hussiticis Bohemis aptus popa fuisset, nam vt inquit Lutherus, lib. de instituend. Ministris, *Bohemis* (intellige Picarditas & similes) *dignus est Sacerdos, qui apud Teutonas laqueos & coruos meruit.*

Quæritur VIII. Vtrum requiratur in ordinandis Prædicantibus ætas. Respondet Sarcerius affirmatiuè.

1. Quia imberbes & implumes carent auctoritate.
2. Quia sunt elati.
3. Quia scandalorum satores & factores.

Quæritur IX. Vtrum aliquando apud Lutheranos ordinentur factores, sutores, textores, cerdones, & qui tota vita sua nunquam vel vnum Latinum verbum didicerunt. Respondetur affirmatiuè, quia Sarcerius hoc grauer repræhendit; quod indicio est, id accidisse.

Quæritur X. An tempore necessitatis possint factores, sutores, textores, ordinari, & ministerio Ecclesiastico fungi. Respondet Sarcerius affirmatiuè; quia necessitas non habet legem, vt vulgo dici solet: Et consonat hoc valdè cum doctrina Lutheri, de qua iam iam.

Quæritur XI. An sint omnes Christiani æqualiter sacerdotes, & quidem propriè dicti. Respondet Lutherus affirmatiuè in libro de instituendis Ecclesiæ Ministris Tom. 2. Lat. Witeb. Ne mulieribus quidem exceptis vt Lutherus disertè libro citato tradit: cap. 19.

Quæritur XII. Quid opus est ordinatione, si omnes æqualiter sunt sacerdotes; & si, vt Lutherus dicit, *Sacerdotes non fiunt, sed nascuntur?* Respondeo, nihil penitus Lutherana ordinatione opus esse, si verum fateri velimus. Venditari tamen, tanquam necessariam, vt



imperitorum oculis glaucoma offundatur. Nam nihil facit vllus Prædicans, quod non quiuus laicus præstare possit & re ipsa itidem sine vlla ordinatione apud Lutheranos laici non præstiterint, & quotidie præstent.

Quæritur XIII. An Prædicantes possint degradari, & in laicorum numerum redigi. Respondet Lutherus in captiuitate Babylonica: *Prorsus non video, qua ratione rursus nequeat laicus fieri, semel Sacerdos (Prædicans) factus, cum à laico nihil differat, nisi ministerio.* Imò, cum nil sit aliud, nisi laicus. Quid procliuius, quam vt laicus fiat laicus? Si fortuna volet, fies ex consule Rhetor, Et rursus; ex Rhetore consul.

Quæritur XIV. An non mulieres apud Lutheranos ordinari queant. Respondetur affirmatiuè, quia cum omnes æqualiter sint sacerdotes; cumque mulieres, etiam sine ordinatione, absoluere, cœnam ministrare, & alias Prædicanticas functiones obire queant, causæ nihil est, cur à Lutherana ordinatione excludantur, & perpetua irregularitate infamentur.

Quæritur XV. An non ipsæ etiam foeminæ ordinare possint Prædicantes. Respondetur, posse ex sæpè iam dicta Lutheri doctrina: Et si talem ordinatricem videre cupis, ecce tibi illam ex Schererio in *Postilla de Sanctis*, concione prima de *S. Stephano*, vbi hæc leguntur. *Dero wegen die senigen gewulich irren / die da vermeinen / daß sie ordentlich beruffen vnd ordinirt seyn / wann etwan ein Gemein / oder ein Welliche Obrigkeit ihnen schaffet / daß sie auffstehen vnd predigen / täuffen / vnd Sacrament außspenden solten. In massen vor wenig Jahren / nicht weit von hinnen beschehen / Daß ein Fraw vom Adel / mit aufflegung ihrer Weiblichen Händ sambt dem Fürstuch / an stat der Stolen / ihrer*

ſhrer Kinder Præceptorem vñnd Schulmeiſter zu einem Prædicanten vñnd Pfarthern beruffen / ordirt vñnd geweiht / ꝛc. Wie dann zu Beſtettigung / dieſer Weiblichen Ordination vñnd Handaufflegung darauff geſtrachs geſungen worden: Ein feſte Burg iſt vnſer Gott / ꝛc.

*Quocirca miſerabiliter errant, qui arbitrantur, ſe legitime vocatos & ordinatos eſſe ſi Republica vel politicus Magiſtratus, illis mandet, vt conſenſa cathedra concionentur, baptizent, & Sacramenta adminiſtrent. Quæ ratione ante paucos annos non procul hinc, ( hoc eſt Vienna ) mulier quadam nobilis per impoſitionem muliebrium ſuarum manuum, & lintei, quo præcingebatur, loco ſtola, filiorum ſuorum præceptorem & Pedagogum, ad Prædicanticum officium vocauit, ordinauit & conſecrauit. Et in confirmationem huius muliebris ordinationis, & manuum impoſitionis, è veſtigio decantata eſt Lutherana illa cantilena, Ein feſte Burg iſt vnſer Gott.*

Nec hoc mirum videbitur, ſi Lutheranae doctrinae fundamenta propius intueri velis: nam mulieres non tantum iure, ſed & uſu atque executione claues regni cœlorum. acceperunt; vt Lutherus diſertiffimè ſcribit in libello de Inſtituendis Miniſtris ad ſenatum Pragenſem: cuius verba iam alibi recitauiſus. Quocirca ſi claues regni cœlorum non modo potestate, ſed & ipſo uſu tenent; poterunt ergo per has Regni cœlorum claues quidquid viri per has claues ſe poſſe gloriantur. At Lutherus & alij Superintendentes aiunt, ſe vi horum clauium ordinare poſſe Miniſtros: idem igitur poterit quælibet Lutherana mulier.

Quæritur XVI. Vtrum etiam Diabolus poſſit ordinare Prædicantem. Reſpondetur affirmatiuè, idque ex doctrina Lutheri, qui vt ſuo loco vidimus, in libro de Miſſa priuata Tom. 7. Lat. Witebergenſi, expreſſe docet,

cet, Diabolum posse baptizare, cœnam administrare, & alias functiones Prædicanticas obire; cur non & Prædicantem ordinare, & in vineam suam strenuè laboratum mittere? Hoc scio, inquit Lutherus, libro cit. Diabolum posse euangelizare, fungi officio ministri & pastoris, porrigere Sacramentum, &c. Ergo & ordinationem dare. Nam si Diabolus, aut membrum eius ordinationem Christi seruat, & habet, tunc vera & efficacia ministrat Sacramenta; (cur autem Diabolus non posset obseruare, quidquid Lutherus obseruauit in ordinatione M. Schuchmanni, vel M. Rorarij, de qua supra.) Nam Christus propter Diabolum, aut impios homines non fit mendax erga Ecclesiam, sed nihilominus verum baptismum dat, verum Sacramentum corporis & sanguinis Domini porrigit (ergo & veram ordinationem) cuiuscunque manu p̄i vel imp̄i ministratur.

Et hoc illustrat Lutherus variis exemplis. Vnum ab agricultura petitum suffecerit; in qua opus nostrum; inquit Lutherus, nihil facit aut efficit, sed tantum mandatum & ordinatio Dei. ut quando colimus agrum, aramus, seminamus, plantamus, facimus opus nostrum; quod mandatum est Gen. 3. Ibi tamen noster labor, nostrum hoc opus non vnum granulum producit, sed verbum, mandatum & ordinatio Dei, quo ad terram. Siue nunc pius, siue impius, bonus aut malus (Siue homo, siue Diabolus) faciat hæc opera plantationis, seminationis, rigationis, nihilominus procedit ordinatio & mandatum Dei, & terra producit fructum suum. Eadem, iudice Lutherò, ratio est in Sacramentorum administratione; atque adeo in ipsa ordinatione.

Ex quo rursus sequitur, quod præcedente quæstione tractatum est, Prædicantes posse à mulieribus ordinari. Nam ita se res hîc habet, vt in cultura terræ; sed in hac fructus profertur, siue vir, siue mulier, siue probus, siue impro-

improbis aret, aut seminet; quia mandatum & ordinatio Dei fructum profert: Ergo idem iudicium erit de Prædicantium ordinatione.

Quæritur XVII. quis primitus Prædicantem Lutheranum & Calvinianum fecerit. Respondeo, quod maritus Proserpine. Id colligo ex Lutero in caput VII. Matth. Tom. 7. Lat. Witeb. ubi ita scribit. *Circumferatur vulgò iactatum de sacerdotibus. prouerbiū, quo ab ipso Diabolo, ut opinor, subsannatisunt. Quo tempore Deus sacerdotem faciebat, aderat spectator Diabolus, ac mox eundem simili opificio imitari appropere, facturus & ipse sacerdotem, cumque (barbā) plus iusto ampliorem (& bifurcatam, atque hircinum in schema tornatam) fecisset, fit ex eo (Prædicans) unde illa Diabolica creatura traxerunt originem. Quæ quidem fabula est ridicula & per contemptum dicta, sed interim est verissima; ubicunq; enim viderit Diabolus Deum obedientiam & mutuam inter homines charitatem præcipere, &c. committere non potest, quò minus sacellum suum templo adstruat & assuat, & suum (Prædicantismum) doceat. Itaque omni tempore (Prædicantes) sunt sacerdotes Diaboli, quippe qui merè Diabolicam doctrinam tradant hominibus, &c. Hæc Lutherus, sed per parodiam, paucis vocabulis commutatis, ad legitimum sensum ductus.*

Quæritur XVIII. Vtrum Prædicantes apud sectarios sint cælibes. Respondeo, *Rara avis in terris, alboque similima coruo*, Prædicans cælebs. Calvinus Epist. 371. aspere obiurgat quendam Euangelij sui buccinatorem, quod cælibatum, in Ministris nimium vrgeret. Quo tempore ipsemet Calvinus adhuc cælebs erat: Et dicit, *se, si uxorem ducat, (ut postea duxit) non alia mente ducturum, quam ut Deo expeditius seruire, rebusque diuinis commodius*

VACA-

*vacare possit.* Mirum dictu, Apostoli vxores, vel nunquam duxerunt, vel ductis valedixerunt, ne quod impedimentum obiicerent, cultui atque obsequio diuino penitus sese consecrandi. At Calvinus contrario itinere gradiens, vxorem se ducturum dicit, vt eò liberius diuinis rebus vacare liceat? Cum Apostolus de commodis virginum & coniugum differeret 1. Cor. 7. longè aliam doctrinam nobis tradidit, *Qui sine vxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mudi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.* Idē asserit de foemina innupta & nupta. Ex quibus euidenter apparet calibatū longè aptiorem esse ad commodius seruiendum Deo, quàm coniugium, & Calvinum aduersa fronte cum S. Paulo pugnare.

Quis hoc in argumento Lutheri sensus fuerit, planum nobis fecit exemplo suo, & scriptis; maximè Epicureo illo de Matrimonio sermone, ex quo Litho Miseno in Panegyrico effata quædam plusquam cynica, excerpimus & degustanda proposuimus. Memini eundem Lutherum in Epistola quadam, quæ exstat Tomo secundo Epistolarum Latinarum, Prædicantem nescio quem, grauitè increpare, quòd non iuenculam, sed vetulam sibi copulasset. Vide Iudicium Erasmi de Nouo Euangelio, eiusque Euangelistis nuper à nobis euulgatū, vbi quales Prædicantes sint nuptiatores, satis graphicè descriptū inuenies. Nec puduit Sarcerium ad calcem libri sui de matrimonio scribere; *Ministrum verbi (Lutherani) obligari, vt carceres, exilia, & ipsam mortem ferat; non obligari autem, vt carnis incitamenta toleret; nam illa his longè esse leuiora & faciliora.* Ohircum noueuangelicum, cui carcer & mors leuior est, quàm priuatio vxoris.

Quæ-

Quæritur XIX. An Prædicantes poſſint eſſe bigami-  
 Reſpõdetur, poſſe eſſe non tantũ bigamos, ſed & triga-  
 mos, & tetragamos, & ſi quis adhuc ad vltionem gra-  
 dum aſcendit, non repelletur à Lutherana & Calviniana  
 ordinatione & ordinationis ſuſceptæ uſu. Imò Luthe-  
 rus in Colloq. Potatoriis Germ. Tit. *de matrimonio*, ad-  
 modum ſtomachatur in Iureconſultos, quod ab ordini-  
 bus excluderent illos, qui ſucceſſiuè plures vxores ha-  
 buiſſent: nam Digamiam à Paulo prohibitam, non in eo  
 poſitam, ne quis ſucceſſiuè habeat duas pluresue vxor-  
 es, ſed ne ſimul: *Iuriſtas, quid ſit digamia, ne eminus qui-  
 dem aſpexiſſe.* Quod Lutherus multò vehementius, ne  
 dicam furioſius, adſtruere contendit in Diſputatione de  
 Digamia Tom. 2. Lat. Witteb. quia enim plurimi ex Lu-  
 theri ſectatoribus grauiffimè offendebantur, quod Præ-  
 dicantes non modò ad ſecundas, ſed & ad tertias, quar-  
 tas & quintas nuptias tranſirent, Lutherus verbosam,  
 vtpote CXXXIX. Theſibus compræhenſam, diſputa-  
 tionem inſtituit, qua non tantum ſuis, ſed & toti mun-  
 do perſuadere conatus eſt, omnes ad eum uſque diem  
 notionem *Digamia* ignoraffe; eamque nunc demum ex  
 cœleſti quopiam *Calepino* ſibi illuxiſſe. Sed veritas apud  
 pleroſque altiores radices egerat, quàm vt his Lutheri  
*blateramentis* penitus extirpari poſſet.

Hinc Hieronymus Schurff, Iureconſultus non ince-  
 lebris, in Labyrinthum Lutheranum ab ipſo Luthero  
 inductus, nunquam adduci potuit, vt Lutheranam cœ-  
 nam à Prædicante Digamo acciperet; vt ſcribit ipſemet  
 Lutherus in Colloq. Sympoſiacis Tit. *de matrimonio*:  
 Et potius alio ſe conferebat, quàm vt *bigamo* ſeu *bima-  
 rito* conuiuatore ſeu parocho, cœnam iniret. Valde et-  
 iam fulminat Lutherus contra Iuriſperitos in iſdem

Colloq. Tit. de *Iuristis*, quòd M. Fröschlin, hoc est, *Ranulam*, seu *Ranunculum*, post alteram vxorem ductam, pro legitimo pastore agnoscere renuerent. Et cur non tonaret Lutherus, cum hoc minimè congruat cum illis ex Lutherano tripode effatis: *Nullius gentis aut lingue usu Digamus dicitur, qui plures successiue uxores seu viduã duxerit: sed naturã vocabuli Digamus is tantũ dicitur, qui simul plures uxores habuerit.* At hæc ruditas facillè conuellitur, nam qui duas vel plures uxores successiue duxit, ille non est monogamus, non *unius coniugij*; ergo bigamus, hoc est, duorum coniugiorum, vel trigamus, trium: neque ipsi Lutherani, vt maximè velint, plurium successiue vxorum maritos, aliter appellare possunt, quàm his tot annorum usu tritis vocabulis.

Quæritur XX. Vtrum Prædicantes debeant ferre peculiarem habitum, quo à cæteris distinguantur: Item num tonsuram. Respondeo, de corona, seu tonsura & rasura, & vt, Lutherus appellare solet, *de cappis & blattis*: nõ esse vllã dubitationẽ. Has enim iã pridẽ exploserunt, & pro *cappis* substituerunt *schlappas*; Et pro corona, barbas; quales simæ capellæ & olentis vxoris mariti ferre solent: Et his, tanquam characteribus, facillè agnoscuntur.

De habitu grauior est ambiguitas. Olim omnia ad *simplicitatem Apostolicam*, vt ipsi quidem loquebantur, reuocare vixque vllum discrimen inter habitum Prædicanticum & laicum statuere volebant. Paulatim tamen, depositis curtis & strictis vestibus longiores & laxiores togas induere cœperunt; quia videbant sibi nullum ab hoedis honorem habitum iri, nisi habitu distincto vterentur.

In Anglia Calviniani molliores & intra & extra sua fana habitum à laicis distinctum gestant; de quo varia dicun-

dicuntur & edicuntur in Londinensi synedrio, Anno M. D. CIII. celebrato.

De vestitu extra templa, consultus Petrus Martyr ita respondit Tom. 3. suorum operum in Epistola ad quendam Anglum. *De pileo quoque rotundo & habitu extra sacra gestando, non arbitramur esse plus, quàm oporteat rixandum, non enim ibi superstitio videtur propriè habere locum.* Et tamè si Anglicanus Prædicans tali ornatu Geneuam, aut Læidam in Holandiam veniret, exhiberetur, & à pueris per compita discursantibus, luto, aut quouis alio obuiò missili appeteretur: nec quietem reperiret, donec pileum & totam illam Anglicanam paraturam abiceret.

*De vestibus, ut sacris, in ministerio ipso adhibendis, inquit Pseudomartyr, cum speciem Missæ referant, & sint mera Papatus reliquiæ, Bullingerus censet, non esse illis utendum, ne tuo templo res, quæ scandalo est, confirmetur, &c. in cuius sententiã facile cessi.* Et tamen tu ipse in Epistola ad Hopperum Pseudoepiscopũ Glocestriensem, vsum harũ vestium in ipso ministerio probasti. Et in quadam Epistola ad Anglum siue eundem, siue alium hæc scripsisti.

*De vestibus, quas vocant sacras, fateor aliquid esse durius, & quod me ipsum non nihil perturbet, ut mirer illas adeo mordicus retineri. Optarim enim omnia, quàm simplicissimè fieri, cum tamen cogito, si inter Saxonicas & nostras Ecclesias, quoad dogmata, pax obtineri posset, propter huiuscemodi vestes, nequaquam separationem futuram. Etsi enim illas minimè probaremus, ferremus tamen, nobis gratulando, quod eas abrogauerimus.* Hæc Martyr.

Ex quo disces, etiam Saxonicas Synagogas in sacris suis adhibere vestes olim Catholicis vsitatas; ut *albam, casulam, &c.* tametsi hoc, ut nimis Pontificium à ple-



risque Lutheranis non modò omittitur, sed & irridetur. Vide Murices Prædicanticos cap. 17. vbi fusè hæc de re actum: Etiam ex Beza, qui Anglicanis ob has vestes longè aliam cantionem demodulatur, quàm sit hæc Martyris. *Vestibus istis vti posses velin concione habenda, vel in cæna Domini administranda, sic tamen, vt dicere & docere contra eorum usum pergeres.* Consule insuper Quæstiones de Ceremoniis Eucharistiæ iam antea discussas.

Quæritur XXI. Quando sectarij ordinent suos Prædicantes. Respondeo, plerunque quando lubet, & quoties lubet. Sarcerius in libello de Cōsistoriis optat, vt singulis mensibus ordinationes celebrentur, aut sæpius, si se ordinandi offerant, vel ab aliis offerantur. Anglicani Calvinopapistæ *Quatuor tempora* siue *Angarias* obseruant. Ne tamen cum orthodoxis conueniant, non *Angariarum* Sabbatis sed Dominicis proximè sequētib. ordines suos conferunt, vt videre est in conciliabulo Londinensi cap. 31.

Quæritur XXII. Vtrum ante collationem & susceptionem ordinum ieiunent tam *Ordinantes* quàm *Ordinandi*. Respondeo Lutheranis & Calvinistis Germanicis valde dubium esse, nū ieiunium præmittant; & longè plura sunt, quæ partem negantem, quàm quæ affirmantem suadeant. Angli tamen, non *Puritani* sed *Impuritani* ieiunio se ad suos inordinatos ordines præparant idque *prisca sanctorum patrum auctoritate & Apostolorum exemplo* feros sese actitare profitentur. At suspicor tale esse ieiunium, quales ordines; & tale præambulum, quale drama ipsum.

Quæritur XXIII. Vtrum talis ordinandus vno die possit plures ordines suscipere. Respondeo, hoc pendere ex quæstione de numero ordinum. Nam si vnus tantum

tantum ſit; plures nec vno nec pluribus diebus ſuſcipi poſſunt: Et ita Lutherani ſentire videntur, qui vna ordinatione omnia perficiunt; & quidquid poſſunt, ſuo ordinando tradunt; hoc eſt, nihil: nam proprius effectus Lutheranorum ordinum & ordinationum eſt *Nihiludo*, vt loquitur ſive ipſe Lutherus, ſive Lutheri Interpres in commentario ſuper Genefin: cuius commentarij adæquatum obiectum eſt N I H I L.

Angli tamen Calviniani nolunt, vt quis eodem die duos ordines, hoc eſt, Diaconatum & Presbyterium ſuſcipiat, ( nam plures non agnoſcunt ) vt videre eſt in eorum ſynedrio Londinenſi cap. 32. At non video, cur eadem die ſua ordinatione nequeant dare duo N I H I L: nam vt duo *nihil* des, haud diuerſis diebus indiges.

Quæritur XXIV. An quis Lutheranorum vel Calvinianorum ordinari poſſit abſque certo titulo. Anglicani Calviniſtæ, Catholicorum ſimiæ, Reſpondent negatiuè cap. 33. ſui Londinenſis conuenticuli, Quibus Puritani quoq; & Lutherani libenter ſubſcribent, quia non ordinantur, niſi *ſuper uxorem* vel ductam, vel certè, abſque mora ducendam, tanquam *ſuper titulum menſe*.

Quæritur XXV. Vtrum aliquis Lutheranus vel Calviniſta Puritanus bona conſcientia ordinari poſſit ab Anglicanis Parlamentariis Episcopis. Reſpondeo I. quod non: quia nullus illorum habet bonam conſcientiam, nullus ergo illorum bonâ conſcientiâ à Prædictis ordinari poteſt.

II. Quia Anglicani illi ordinandi ante ordinationem præſtare debent hoc iuramentum, & præſtitum manu ſua ſubnotare: vt eſt in Cõciliabulo Londinenſi cap. 36.

*Quod Maiestas Regia ſecundum Deum vnicus eſt & ſupremus gubernator huius Regni, omniumque aliorum ipſius Domini-*

orum ac territoriorum, tam in omnib. spiritualibus, quàm Ecclesiasticis rebus aut causis, quàm in secularibus, & quod nullus extraneus princeps, vel persona, vel ullus prelatus, status aut dominatus habet aut habere debet ullam iurisdictionem, potestatem, superioritatem, præminentiam vel auctoritatem Ecclesiasticam siue spirituales infra maiestatis suæ dista regna, Dominia & territoria.

Hoc iuramentum nullus Lutheranus, quod ad spiritualē iurisdictionē spectat, suscipiet; quin potius illud illo Lutheri themate ex Disputatione contra Articulos Louanienses feriet: *Non est Regum aut Principum, etiam veram doctrinam confirmare, sed ei subiici & seruire, vt Pl. 2, dicitur. Et nunc Reges intelligite, erudimini iudices terra.* En tantum abest, vt Lutherus Regibus supremam de causis spiritualibus iudicandi potestatem tribuat, vt ne confirmandi quidem auctoritatem concedere velit; neque quidquam nisi subiectionem & seruitutem relinquat: Et hoc docuit Lutherus pauculis annis ante suam ad coelum suum migrationem, cum iam non Papizaret, vel Semipapista esset, sed Lutherico lumine plus rutilaret, quàm sol cum meridie, æthere sudo fulget.

Addet Lutheranus, quod Lutherus sub primordia sui Enthusiasmi scripsit in Psal. 2. Tom. 3. Latino Witeb. *Hodie, quando sumus omnes sacerdotes, & illud Isaiæ 54. nunc impletur: Dabo filios tuos vniuersos doctos à Domino, &c. ideo sic sunt audiendi superiores quicumque, vt liberum relinquatur cuique infimo de superioris sententia iudicare in his, quæ sunt fidei, multò magis, quàm Prophetis liberum fuit maioribus Israel resistere, non obstante Dei præcepto, &c. cum Deus infimo soleat reuelare, quod summo ne dignatur quidem ostendere, vt regnum suum sit firmum in humilitate, qua sola subsistit.*

Ecce

Ecce tantum abest, vt Lutheranus, interposito iure-  
iurando, Regem Angliæ supremum iudicem in spiritua-  
libus sit confessurus, vt se huius iudicis iudicem sit con-  
stituturus, & eò magis, quo ille celsiore; ipse autem hu-  
miliore loco consistit. Nec Calvinistæ Germani, Galli,  
Belgæ & vniuersim Puritani, vbicunque degant; imme-  
mores erunt eorum, quæ contra hunc stramentitium  
Anglicanum in spiritualibus primatum Calvinus & alij  
Geneuensis Euangelij primores scripserunt.

Quæritur XXVI. Vtrum Prædicantes gaudeant pri-  
uilegio fori, hoc est, vt non possint vocari aut trahi ad  
profana ciuiliū iudicum tribunalia; vt ibi causam di-  
cant. Respondeo, gratum quidem accideret Prædican-  
tibus, vt fruerentur priuilegio fori, nostrorum clerico-  
rum more; Et allaborant quidem, vt aliquid obtineant;  
sed nimis serò. *Ceruus equum pugna melior communibus  
herbis pellebat, donec minor in certamine longo, implorauit  
opes hominis, frenumque recepit, sed postquã victor violens dis-  
cessit ab hoste, non equidem dorso, non frenum depulit ore.*  
Prædicantes semel in tutelam laicorum se tradiderunt,  
& in eorundem forum sese immiserunt; nec est, quod  
missionem sperent.

Quomodo autem ab his, in quorum foro sunt, tra-  
ctentur, quàm amicè & beneuolè habeantur; pulchre  
nobis describit Prædicantium Superintendens Luthe-  
ranus Sarcerius libro de Consistoriis, vbi ista: Vnd daß  
ich noch mehr sage / daß die trewen Seelsorger bey  
niemandt Schutz vnd Schirm haben / gehen alle Leu-  
the fast mit Füßen vber sie her / daß es nicht wunder  
were / wo sie Gott nicht erhielte / daß sie in ihrem Un-  
glücke / Betrübnuß / vnd Ellend verzweiffeln müsten.  
Da ist kein Edelman so geringe / kein Schösser also vn-  
geschickt /

geschickt / kein Ambeman so schlecht / vnd endlich kein Bawr so schlimm nicht / der da nicht wil an den armen Pastorn vnd Seelsorgern Ritter werden. Darumb sein die Consistoria weiter verordnet / vnd eingesetzt / daß die lieben vnd Trostlosen Pastores / ein wenig Schutz vnd Schirm / ja einen kleinen Rücken haben mögen / auff daß sie von der Welt / vnd von den losen Maulchristen / nicht ganz vertrucket werden / &c.

Ich hette allhier wol schreckliche vnd grewliche Exempel zu erzehlen / wie man mit etlichen Pastorn umbegehret / wo ich der losen Tropffen nicht verschonet / die allen Muthwillen mit ihnen treiben / &c.

Es ist auch an vielen Orten ein sehr böse Gewonheit / daß die löbliche Priester schaffe / (Prædicantens schaffe) was sie zuthun vnd zu klagen hat / daß sie solches jetztiger Zeit muß für den Ambeleuten vnd Schöffern fürbringen vnd aufführen / welche der mehrertheil Gottlose Menschen sein / vnd der Priester schaffe (Prædicantens schaffe) wenig achten / ja die ersten seyn / die sie verachten / vnd zum offtermal vber sie belffen / wider alles Recht vnd Billigkeit / damit sie der Bürger vnd Bawrn Gunst erlangen vnd behalten.

So lobe ich auch das nicht / welches zu diesen Zeiten gebräuchlich / daß ein jeder Bürger vnd Bawr / wenn es sie gelüftet / seinen Pastorn vnd Seelsorger (Prædicanten) für Ambelente vnd Schöffer lader vnd citiert / da denn die arme Priester schaffe (Prædicantens schaffe) also tribuliert vnd geplaget wird / daß es ein Schande ist / daß mans etwa hören soll.

Similia inuenies apud Lutherum Tom. 2. Nouorum Operum super caput 6. Euangel. Ioannis pag. 291. b. Et super cap. 8. eiusdem Ioannis. pag. 278. a. & 280. a. & pag. 293.

pag. 298. a. Tom. 5. Germ. 5. Ien. in libro, *quòd pueri ad scholas mitti debeant*, circa finem libri; & in libro de vsuris, & alibi sæpiſſimè. Et priore quidem ex iam citatis loco hanc threnodiam Lutherus canit. **Röndte man die Prediger Hungers ſterben laſſen / ſo thete man es zum aller willigſten / verfolgen auch die Prediger (Prædicanten) vnd köndten ſie dieſelbigen zum Land hinauß iagen / ſo theten ſie es vil lieber.** Hæc Lutherus. Aurifaber ad marginē hæc notat. **Jetzt ſolteſtu heiliger (Höllischer) Luther leben / vnd ſehen wie es durch einander gienge.** Vide eundem Lutherum in cap. 47. Geneſeos Tom. 6. Lat. Witeb. & in cap. 5. Deuteronomij Tom. 1. Nouorum operum.

Quæritur XXVII. Vtrum docti Prædicantes indoctis præferantur. Respondeo, ſolutionem huius Quæſtionis exſtare apud Sarceriū Lutheranum Superattendentem, harum rerum perquam gnarum. **Ich kenne vil ſeiner vnd gelehrter Magiſter / die können nirgend zu keinem Kirchendienſt gelangen / vnd leiden hierüß her Hunger vnnnd Kummer. Aber Weber vnd junge Roglöffel haben die beſten Pfarren inne. Diſer Wangel iſt verhanden / er verurſache ſich auch her / woher er wolle.** En *textores* apud Lutheranos optimas parochias occupant.

Quæritur XXVIII. Vtrum omnes Miniſtri apud Lutheranos ſint æquales. Respondeo; ex prima doctrina Lutheri, quam ſub exordium ſui Euangelismi tradidit; omnes homines baptizatos ſiue ſint masculini ſiue fæminini generis, æqualiter eſſe ſacerdotes; Et per conſequens ordine ſacerdotij æquales.

Respondeo II. Ex poſteriore doctrina Lutheri, præbyterum & Episcopum iure diuino eſſe æquales; Ex quo

Z

ſequi-

sequitur iure diuino inter simplices Prædicantes, (quos ipsi *Presbyteros* existimant) & inter compositos (quos *Superintendentes* nominant) nullum esse discrimen, & iure diuino posse quemlibet vulgarem & triuialem Prædicantem, quidquid potest Superintendens seu Lutheranus Episcopus. Ex quo rursus conficitur, infimum quemque Prædicantem æquè posse ordinare alios Prædicantes, ac id possunt Superattendentes; cum iure diuino æquali potestate sint præditi. Et tamen Sarcerius in libello de *Consistoriis*, ordinationem solis Consistoriis demandandam censet; nec superintendentibus permittit, nisi eo casu, quo Consistoria nimis distant, ita vt commodè adiri nequeant. Multò minus consultum censet, vt cuiuslibet Pastori seu Prædicanti ordinationis conferendæ potestas fiat; Etsi initio Lutheranismi id sæpius factitatum affirmet, palamque fateatur, tempore necessitatis cuiuslibet Prædicanti ordinationis aliis imperiendæ facultatem suppetere: Et parum referre, *quis ordinet, dummodo ordinatio seruetur.*

Sed hic non tantum simplices Prædicantes, sed & Superattendentes meritò cum Sarcerio exoptulabunt; quod ad Consistoria eam potestatem transferat, quæ non Consistoriis, sed Episcopis, hoc est, omnibus Prædicantibus iure diuino competit: maximè autem hanc querimoniam Superintendentes instituent; eum illis solis, vt pote supra plebeios Prædicantes locatis ordinationis maximè competere videatur, si non iure diuino; certè humano; qualecunque demum illud sit.

Prædicantes quoq; inferioris subscellij litem Sarcerio eâ causâ intendunt; quod extra casum necessitatis ordinandi functione abstinere iubeantur. Nec cū Superattendentibus litigare verebuntur; cum enim diuino iure æquè

æquè ſint Epifcopi ac illi, nemo obſtare poterit, quominus id, quod diuinum ius concedit, liberè & ſine vlla vilius interpellatione etiam extra neceſſitatis articulum, exerceant. Addent exemplū Lutheri qui vt oſtenderet, ſimplices Parochos & Prædicantes Superattendentibus eſſe pares, non tantum hos, ſed & illos *Epifcopi* nomine aſſecit; vt videre eſt in *formula miſſæ pro Eccleſia VVittebergenti*; Et Tomo ſecundo Latinarum Epiftolarum, vbi varios Paſtores titulo *Epifcoporum* cohoneſtat.

Si iſti querelis his occurrant: *Eccleſiam poſſe poteſtatem alicui diuinitus conſeſſam reſtringere, vel etiam, obice obiecto, præpedire, ne in actum exeat*; Oggerent ſimplices Paſtores; hoc quidem poſſe & facere Eccleſiam pontificiam; non autem illam, quæ tota à verbo Dei pendet; quæ tota eidem ſe ſubiicit: quæ ius diuinum reuerenter adorat; neque hoc etiam ſatis concinere, cum eius, quem tanquam ducem ſequuntur, placitis; cum Aërij, inquam, doctrina, qui nunquam eò proceſſit, vt ſimplici Presbytero ius ordinandi adimeret: cur enim ademiſſet, quod Deus liberaliter conſeſſerat? Et cur Superattendentem ſeu Epifcopum ſupra Presbyterum extuliſſet; cum ei æquè ac nobis Presbyter & Epifcopus eſſent duo nomina, vnam & eandem poteſtatem ac dignitatem ſignificantia? Hac vel ſimili Apologia iure ſe omnes Prædicantes contra Conſiſtoria; & minorum gentium Paſtores contra Superintendentes ſe defendent, & ius ſuum aſſerent. Interim Catholici hanc pugnam ridebunt; palamque dicent: Conſiſtoria tantum, quantum Superattendentes; & hos tantum; quantum infimos præcones, poſſe, hoc eſt, nihil: Et Conſiſtoria, cum ordinant, mulgere hircum; Et ordinandum, ſupponere cribrum.



Quæritur XXIX. Quid Calvinistæ de distinctione Ministrorum Ecclesiæ sentiant. Respondetur, eos non esse concordés. Puritani, omnes Pastores æquales faciunt; neque vllum supra alium locant: idemque illis est Pastor, qui Episcopus; Et Episcopus, qui Pastor. Et in Geneuensi quidem Synagoga Pastoribus adiungunt *Presbyteros* seu *Seniores* annuos vel biennes, vel triennes; itemque *Diaconos* eiusdem temporis. Quo temporis spatio exacto, personam ponunt; & aliis fabulæ agendæ lampadem tradunt. Presbyteri illi non concionantur, nec cœnam coquunt, sed tamen cœnantibus poculum siue craterem porrigunt; Et ad disciplinam populi attendunt; vno verbo, censuram gerunt; non tamen nimis *Catonianam*, hoc est, tetricam & vultuosam. Diaconi, viduarum & pupillorum curam gerunt; illarum tamen maiorem quàm horum; Et sunt *Oeconomi* Ecclesiæ Geneuensis. Cuius ideam nonnullæ aliæ Synagogæ æmulatæ sunt; at non admodum multæ; quia hæc Presbyterorū & Diaconorū ratio tam à ratione auersa est, vt apud paucos in mores induci potuerit; quam *Hadrianus Sarauia* Calvinista, origine Belga, sed in Anglia diu versatus, adeo exagitat in libro de diuersis Ecclesiasticorum Ministrorum gradibus, & in Apologia eorundem librorum contra *Bezam*; vt eam ex imis fundamentis euerterit: qui *Sarauia* Parlamentariorum Calvinistarum Angliæ (quorum panem esitabat,) sententiam secutus, totis castris pugnat, Episcopos esse superiores Presbyteris seu sacerdotibus, & hos, Diaconis: Et quidem iure diuino; damnatque Aërium secus sentientem. Qua in re laudo *Sarauiam*; sed in hoc laudare nequeo, q̄ hunc supremū honoris & potestatis Episcoporū supra Presbyteros & Presbyterorū supra Diaconos locum;

locum; tribuit Episcopis & Presbyteris Anglicanis: cum omnes sint pares; omnes meri ac impuri, putidi laici, nec magis Ecclesiastici, quàm Pastores, hoc est, Episcopi; Presbyteri, ac Diaconi annui Geneuenses; quibus euoluto anno, Presbyterium & Diaconatus abrogari potest, si ita videatur Consistorio, quemadmodum consulatus Consuli; & Syndicatus, Syndico.

Quæritur XXX. Vtrum Geneuenses, & horum aſſeclæ reipsa Pastorum æqualitatem præstent, quam verbo profitentur. Negat Sarauia Calvinista in Apologia contra Calvinistarum Antesignanum Bezam. *Nam quidquid dicat Beza aut sentiat, inquit Sarauia, nunquam mundo persuadebit, cum in Collegio & deliberationibus, & in tota Ecclesia gubernatione, auctoritati & ponderi sententia sua Collegiis suis cedere, sicut loco præſidentia. Eadem habetur de Caluino opinio; quod nec Zanchius dissimulauit, quando suam sententiã de Episcopis & Archiepiscopis exposuit, &c. Scribat Beza, quidquid volet, Geneva, nec alius quiuis locus duos Bezas, aut duos Caluinos in una Ecclesia dissentientes, unquam ferre poterit. Hæc Calvinianus iste, cuius mens est, Bezã, primum esse, licet primo loco in conuentibus ac confessibus non sedeat; nam *æssoria* & præſidentia Geneuæ inter Pastores est *Hebdomadaria & circularis*, ita vt hac hebdomade Menalcas; aliã Corydon, aliã Daphnis moderetur concilij & sacerrimi illius senatus habenas.*

*Tanta est natura vis, inquit Sarauic, vt vincat etiam eos, à quibus impugnatur: æqualitatem inter Ecclesia Pastores, qui Apostolis successerunt, Beza esse oportere, aliique plures cum eo hodie contendunt, & eminentiam auctoritatis Episcoporum damnant tyrannidis, cum ipsi interim æqualitatem, quam profitentur, minimè obseruent, neque enim, vt maximè velint, possunt. Verum quidem illud est: Naturam expellas furca,*

Z 3

tamen

tamen vsque recurret. Constat enim ipsum Bezam Collegio  
suis longè esse superiorem; Et Calvinus, dum vixit, plus aucto-  
ritatis in suos Collegas habuit, quàm hodie Anglia primas in  
Coepiscopos exerceat: nota loquor, ut impudentis fuerit nega-  
re, quod res ipsa clamat, & scripta eorum testantur. At hæc  
maior auctoritas, inquires, non fuit imperij, sed meriti. Nihil  
referre arbitror, quomodo æqualem potestatem Collegis quis  
eripiat. In deliberationibus, ubi alicuius nomen, etas, erudi-  
tio, gratia, plus ratione valent, libertas aut nulla, aut certè  
imminuta intelligitur, &c. Synodi cuiusdam cum recitaren-  
tur, me presente, Canones, ubi ventum erat, ad illum Cano-  
nem, qui æqualitatem inter verbi ministros obseruandam  
mandat, & in primis cauendum, ne Minister verbi, Ministro  
verbi, aut Diaconus Diacono præcipiat, fratribus, qui ibi ade-  
rant, testatus sum, mihi non displicere Canonem, sed non  
prius me probaturum quàm auctores illius in verbi Ministris  
omnia paria efficerent; natura rerumque ordinem docere, ut  
saltem senes præeant, præsentque iunioribus, &c. Et post va-  
ria in hanc sententiam disputata, subiicit Sarauia: Quod  
ad me attinet; Ego malle Bezam habere legitimū Epi-  
scopum, quàm Collegam tyrannum; nam quidquid  
aut in se assumit supra ceteros, aut ei tribuitur plus quàm ca-  
teris, contra æqualitatis legem fit, Et eatenus tyrannis qua-  
dam est, que nulla esset, nisi contra legem, quam sibi constitue-  
runt, fieret. Hæc non inscitè Sarauia contra Lemanni-  
cam æqualitatem.

Quæritur XXXI. Quotuplex sit vocatio ad ministe-  
rium Ecclesiasticum. Respondet Lutherus, in caput 1.  
Epist. ad Galatas; esse duplicem; alteram, *mediatam*, al-  
teram, *immediatam*. Alij, ut Sarauia cap. 2. libri sui con-  
tra Bezam, vocant *ordinariam* & *extraordinariam*.

Quæritur XXXII, Qua vocatione hodie homines  
ad Ec-

ad Ecclesiasticum Ministerium vocentur. Respondet Lutherus loc. antea cit. *Deus vocat nos hodie omnes ad ministerium verbi vocatione mediata, hoc est, vocatione, quæ fit per medium, id est, per hominem. Apostoli verò immediate vocati sunt ab ipso Christo, sicut Propheta in veteri Testamento ab ipso Deo. Apostoli postea vocauerunt suos discipulos, ut Paulus Timotheum, Titum, &c. qui deinde Episcopos, ut Tit. 1. Episcopi suos successores vocauerunt. Ea vocatio duravit usque ad nostra tempora, & durabit usque ad finem mundi; Estque mediata, quia per hominem fit, & tamen diuina est.* Hæc non malè Lutherus, tametsi in se & in caput suum; quandoquidem luce clarius inde euincitur, Lutherum carere legitima vocatione; quia caret immediata; ut ipsemet fatetur; caret etiam mediata, quæ scilicet fit per hominem, & quæ, teste Luthero, sola in Ecclesia vsurpata est post Apostolorum vocationē, & sola itidem vsque ad finem mundi vsurpabitur: caret inquam, Lutherus hac mediata vocatione: Quis enim hominum vocauit, hoc est, ordinauit, Lutherum ad ea agenda, quæ in Ecclesia egit? Quis vocauit, hoc est, ordinauit Lutherum, ut ordinaret Presbyteros; nec Presbyteros tantum, sed & Episcopos? Quis hominum Luthero hanc potestatem dedit? Quis Episcopus? Certè ut omnes angulos excutias, neminem inuenies præter ipsum Lutherum, qui ipse seipsum vocauit, ordinauit, misit, & sibi metipsum hanc potestatem dedit, non tamen vera & reali sed solummodo imaginaria & vmbra datione.

Quæritur XXXIII. Quid respondendum sit Luthero & aliis, quando veniunt, ut nobis Euangelium suum annuntient. Respondeo, ita cum illis agendum, quemadmodum Lutherus Tom. 5. Icn. Germanico fol. 491. in Epist. de clanculariis concionatoribus agendum docuit;

nem-

nempe hunc in modum. *Vnde venis? Quis te misit? Quis tibi mandavit, ut mihi concionareris? Vbi habes testimonia, quod ab homine vocatus & missus sis? Vbi sunt signa & prodigia, si te Deus misit? Neque enim Deus unquam aliquem misit* (inquit idem Lutherus Epist. ad Melanchthonem, Tom. 2. Epist. Lat. fol. 41. b. *nisi vel per hominem vocatum, vel per signa declaratum, ne ipsum quidem filium. Quocirca, aut proba tuam vocationem, ait Lutherus in Epistola cit. de clanculariis concionatoribus, aut ab Evangelizando desiste: quia est officium; officium autem nemo gerere potest sine mandato aut vocatione.*

Quæritur XXXIV. Quid agendum, quando quis dicit, se immediatè & extraordinariè à Deo vocatum esse ad ministerium Ecclesiasticum. Respondeo, hoc dilucidè nobis explicari à Luthero Tom. 2. Ien. Germ. Epist. ad Mülhusinos contra Thomam Münzerum, qui tali vocatione sese iactabat. *Si dicat, se missum à Deo & Dei spiritu, instar Apostolorum; aut probet hoc signis & prodigiis, aut eum à Cathedra seu suggestu arcete: nam quando Deus modum ordinarium vult mutare; mutationem miraculis semper confirmat: neque enim omnibus erroneis fides habenda est, inquit Lutherus in cap. 5. Matthei, Tom. 7. Lat. Witeb. Spiritum sanctum se habere iactantibus, & sese in omnes ades ingerentibus. Producat testes se notum esse, aut signis & literis testatum faciat, docendi officium sibi commissum esse.*

Quæritur XXXV. Vtrum hoc tempore aliqui extraordinaria vocatione gloriati fuerint. Respondeo affirmatiuè; nam præter Enthusiastas, & fanaticos Anabaptistas, extraordinaria vocatione sese venditavit Beza, ut patet ex Apologia Saraviæ Calvinistæ contra Bezam. Imò Beza in Colloquio Possiaco rogatus, quam nam vocationem ipse cum suis Symmystis haberet; respondit;

dit; *se nec mediatam, nec immediatam, sed extraordinariam vocationem habere docendi in Gallis.* Quod Sarauia vehementer displicet; & ante Sarauiam, Kemnicio quoque, qui, teste Sarauia, palam scripsit, *Sacramentariorum vocationē nihil differre ab illa, quam Anabaptista iactant.* Lutherus etiam, si Bezam extraordinaria vocatione vocatum esse audiisset, statim ab illo, vt à Münzero & aliis, miracula postulasset; quandoquidem Deus extraordinariam vocationē semper signis ac prodigiis confirmare solet.

Quæritur XXXVI. Cur Sarauia adeo displiceat extraordinaria vocatione Bezæ. Respondet Sarauia, *quia improbiſſimus turbulentisſimusque quiuis nebulo impudentisſimè hanc extraordinariam vocationem iactare audebit. Humanigenis creator & conseruator Deus ordinem nec in ciuilibus, nec in Ecclesiasticis rebus perturbari vult: quidquid eò tendit, à Deo non est. Nota est Münsteriana insania, nihil est vt eam commemorem.* Hæc Sarauia; qui mox recitat mirabile prorsus exemplum Enthusiatarum & Phantastarum, qui in Anglia, præcipuè Londini, talē extraordinariā vocationē obtinentes, turbas non modicas concitarunt, Anno Redemptoris 1591.

Quæritur XXXVII. Vtrum Lutherus rectè suum doctoratum pro legitimo vocationis suæ testimonio attulerit. Respondeo, Lutherum, hac in re multis nominibus insipienter egisse. Nam I. Doctoratum illum suū, in Catholica Academia acceptum, habuit pro *larua Diaboli & Charactere Antichristi*, in libro aduersus falso nominatum Episcoporum ordinem.

II. Per degradationem hunc doctoratum amisit, neque vnquam recuperavit.

III, Quia si Doctoratus est legitimæ vocationis testi-

Aa

moni-

testimonium, sequitur, omnes Doctores, etiam Zuuin-  
glianos & Calvinianos, legitimam vocationem habere:  
quia isti Doctores æquè fuerunt & sunt adhuc Doctores,  
ac Lutherus: Etiam ipse Carlstadius hoc clypeo se & sua  
acta tueri poterat; quia Doctor erat; & quidem anti-  
quior Luthero; quippe qui Lutheri præceptor, & ad  
Doctoralem dignitatem promotor fuerit. Et tamen  
Lutherus Tom. 2. Epist. Lat. Epistola ad Lincum Anno  
1527. de Carlstadio ita scripsit. *Certum est ei interdicare  
suggestu, quod ipse temeritate propria, nulla vocatione, inui-  
ctis Deo & hominibus, conscendit.* Et tamen SS. Theologiæ  
Doctor erat, æquè legitimè creatus ac Lutherus. Si er-  
go Doctoratus est legitimæ vocationis insigne, Carlsta-  
dius non nisi per summam iniuriam à Luthero disturba-  
ri potuit, idque sub hoc prætextu, quasi legitima voca-  
tione careret.

Æque ac Lutherus stultescunt alij Prædicantes, quan-  
do Academicum Doctoratum docent esse vocationem  
ad ministerium Ecclesiasticum. De quorum insipien-  
tia copiosè actum est in Luthero Academico cap. vlt.  
& in Actu Doctorali Ingolstadij Anno Redemptoris  
M. D. CIX. celebrato, & postea Cracouię excuso.

Quæritur XXXVIII. Vtrum Lutherus nouam fi-  
dem prædicans; rectè pro vocationis suæ testimonio ad-  
ducere potuerit ordinationem suam, quam in Catholi-  
ca Ecclesia susceperat. Respondeo, hoc rectè fieri non  
potuisse; cum alias ob causas, de quibus postea; tum  
quia Lutherus in libello de instituendis Ecclesiæ Mini-  
stris ad Senatū Pragensem expresse scribit; *per ordines Pa-  
pisticos, nō fieri Sacerdotes Dei, sed sacerdotes Satana; Et nusquā  
minus ordines sacros conferri; aut sacerdotes fieri, quā sub Papæ  
regno.* Fieri ergo non potest, vt hæc ordinatio habeatur  
pro

pro legitima vocatione, qua Lutherus ad ſuum Euangelium introducendum acceſſit; præſertim cum in eodem libello ad raum vſque detonet, per ordines Pontificios non conferri poteſtatem Prædicandi Verbum Dei; ſed tantum *Miſſas dicendi, & Confeſſiones audiendi, Et ſimilia nugalia* agendi. Si ergo per hanc ordinationem non confertur poteſtas Prædicandi; non potuit Lutherus hac ordinatione fretus, officium Prædicandi ſuſcipere; ſed aliam ordinationem aliunde accipere debuit. At quæ nam iſta? Deniq; , quod tantum modo eſt *mendacium & irriſio Dei*, illud non eſt legitime vocationis argumentum. Ordinatio Pontificia tantummodo eſt *mendacium & irriſio Dei*, vt diſertè Lutherus ſcribit, non eſt igitur legitime vocationis argumentum.

Quæritur XXXIX. Vtrum Sarauia rectè dicat Lutherum, Bucerum, Oecolampadium, Zuuinglium, Vergerium, Cranmerum, Latimerum, Ridleum, Farellum, Viretum & ſimiles legitimam vocationem habuiſſe, quod *in Pontificiis Eccleſiis partim ſacerdotes, partim quoque Epifcopi ordinati fuiſſent*. Reſpondeo, hoc non niſi fatuè afferri. I. Ob cauſſas præcedente quæſtione allatas. II. Quia ſtultum eſt dicere; quòd iſti in ſuſceptione ordinum Catholicæ Eccleſiæ, acceperint poteſtatem euertendi Catholicam fidem, & ſacrificium Miſſæ & Confeſſionem, cum illius offerendi, & peccatorum remittendorum ſpeciatiim facultas in illa ordinatione dari ſoleat. Certè nullus vnquam Epifcopus fatebitur, ſe ſacerdoti abs ſe ordinato, ſi poſtea auitam fidem deſerat; feciſſe poteſtatem faciendi ea, quæ Apoſtata poſt apoſtaſiam agere ſolent.

Sed ait Sarauia; *iſtos per ordinationem Pontificiam vocari ad miniſterium verbi, & ad rectionem Eccleſiæ, quemlibet*



*in suo gradu & modo. Non abnuo; Vocantur ad ministerium Verbi; sed, Dei; non Lutheri, non Zuuinglij, non Caluini, non vllius alterius ex cerebro humano parum humano procusi: Quo præcluditur effugium Sarauia; quod etiam reperit, certè innuit, Lutherus, in libello de Instituendis Ministris; cum ait; Qui autem per laruas ad locum ministerij venit, age, ministerium apprehendat, & deinceps purè ac dignè administret, sacrificandi officium deserat, &c. neque enim necesse est, locum quoque Ministerij relinquere, licet impiis ac peruersis modis ascenderit. Ita Lutherus.*

At non apparet, quomodo quis vlla ratione possit ascendere ad legitimi ministerij locum per id, quod mendacium & irrisio Dei est; per id, quo aliquis non Dei, sed Diaboli Sacerdos constituitur; per id, quo nullum verbi ministerium, seu nulla potestas Prædicandi Euangelij traditur; per id, à quo, vt abstineamus, sub anathemate Dei, monemur: per id, à quo, vt tanquam à re execrabili & damnata, caueamus, salutis nostræ ratio necessario cogit, Quæ omnia, & centena alia eiusdem facis Lutherus de Catholicis ordinibus blasphemò ore euomuit; Et tamen per has, quasi Diaboli scalas, vt isti putant, videri volunt ad legitimum ministerium ascendisse. Neque Lutherus vnquam concedet Zuuinglium & Oecolampadium legitimè vocatos fecisse, quæ fecerunt; licet non minus ac ipse Catholico ritu Presbyteri ordinati fuerint.

Quæro deinde ex Sarauia, cum nonnulli ex illis, quos nominat, non fuerint Episcopi, sed Presbyteri tantum, vt Lutherus, Zuuinglius, Oecolampadius, Bucerus, similes, quis illis dederit potestatem consecrandi & inaugurandi Episcopos, vt consecrauit, vel potius exsecrauit Lutherus? Cum enim Sarauia Episcopatū & Presby-

tera-

ratum iure diuino diſtinctos exiſtimet; Et hunc inferiorẽ; illum ſuperiorem; monſtri ſimile eſt, vt Presbyter creet Episcopum; vbi enim hæc poteſtas in ordinatione Catholica Presbytero conceditur? Imò ne hoc quidem Presbytero ſua in ordinatione conceditur, vt alios Presbyteros, vel Diaconos ordinare queat. Vnde ergo Luthero poteſtas illa ordinandi Episcopos, Presbyteros, Diaconos? Certè non ex ordinatione Catholica. Ex qua ergo?

Quæritur XL. cum Lutherus dicat, *omnes nunc legitime vocatos vocari ab homine, ſequè ab homine vocatum fateatur*, quis nam ſit ille *homo*, qui Lutherum vocauerit. Reſpondeo, hanc quæſtionem eſſe admodum difficilem & intricatam: aut enim eſt Carlſtadius, Lutheri ad Doctoratũ promotor; Et hoc certè non libenter fatebitur Lutherus, ſaltem ore tereti atque rotundo; licet illud reiſpã fateatur, quoties Doctoratum ſuum pro legitimo vocationis ſuæ teſtimonio nobis obtrudit. Aut homo ille, eſt Episcopus, à quo, cum Monachus eſſet, ſacros ordines ſuſcepit. Neque hoc clarè & diſertè affirmat Lutherus; neque poteſt, vt vidimus in præcedentibus Quæſtionibus, nam ordinator eius nunquam dixit: *Accipe poteſtatem euertendi omnia veteris religionis inſtituta. Predica Verbum tuum importunè & opportunè. Monasteria demolire, cucullum exue, & Monialem commentitio connubio ſibi iunge, & quod pridie tanquam ex Spiritus ſancti mente depromptum, affirmaueris, illud poſtridie improba, & vt humanum commentum refuta.* Aut homo ille, qui Lutherum vocauit, ſunt Witebergenses. Neque hoc rectè aſſeritur, quia ipſe nouam fidem & noua dogmata antè Witebergensibus annũciare cœpit; quàm hoc ab illo peterent. Et cum poſt Wormaciensia comitia in ficti-

tia sua Pathmo lateret, scilicet, Witebergam, non vocatus reuolauit: facile enim eius opera Witebergenses caruissent, quippe iam toti ad Carlstadij & Melanctonis Enthusiasticos furores conuersi.

Posito autem, Witebergenses vocasse, hoc est, conduxisse Lutherum, vt eis sua somnia annunciaret; quis eis dedit potestatem vocandi nouos Ministros contra vsitatos & toto tunc orbe receptos? An ad vocationem satis est, vt quis, cuiuscunque tandem nutu & auspiciis, conducatur, conductusque operam suam locet? si hoc satis, iam ergo quiuis, tanquam à Deo per homines vocatum, se tueri poterit, quia plerique Calviniani & Zuuingliani Ministri, non nisi ab aliquibus conducti, sua ministeria obeunt. Idem fecerunt Carlstadius apud Orlamundenses; Münzerus apud Mülhusinos, alij apud alios: nullus enim locator tam fanaticus est, qui non inueniat similem sibi fanaticum conductorem. Et ad hunc scopulum semper sectarios impingere video, arbitantes, satis esse ad legitimam vocationem, vt quis ab aliquo conducatur. Hinc cum Prædicantes à ciuitate quapiam literas accipiunt, quibus rogantur, vt operam suam ciuibus addicant; literas illas & inuitationem; vocare solent suam *Vocationem*. Quasi verò legitima *vocatio* ad ministerium Ecclesiasticum in huiusmodi conductione *essentialiter* consistat, non in ipsa ordinatione ad ministerium Ecclesiasticum.

Ad quam stultitiam præiuit Prædicantibus Lutherus cum alibi, tum in Epistola ad Mülhusinos, de qua supra; vbi dicit; *Nunquam concionatus sum, nec vt concionarer induci me, passus sum, vbi non ab hominibus rogatus & vocatus fuerim: quia gloriari non possum, me immediatè à Deo vocatum esse, sicut isti (Münzerus & Münzeriani) faciunt.*

En

En hîc indicat Lutherus, fatis esse, ad legitimam vocationem, vt alicui concionandi munus deferatur & demandetur. Quod si verum est, iam non modo Zuuinglius, & Calvinus, sed & Münzerus in legitimè vocatis numerandi erunt; quia vt Lutherus, non nisi iussu Wittebergenſium; sic Zuuinglius, non nisi nutu Tigurinorum; & Calvinus non nisi voluntate Geneuenſium, & Münzerus, non nisi consensu Mülhuſinorum & Alſtetſium in declamatorium ambonem ascenderunt, & inde ſua phantasmata pro verbo Dei venditarunt. Hanc ſuam de vocatione fatuitatem clarius prodidit Lutherus in caput primum Epistolæ ad Galatas ſecundæ enarrationis, vbi ita delirat. *Quando principes, aut Magistratus, vel Ego aliquem vocamus, is vocationem habet per hominem.* Gaude Zuuingli, Leo Iuda, Bullingere, Caluine, Beza; en paratam vobis veſtræ vocationis defensionem ex Lutheri, vnde minimè ſperabatis, officina; nam & vos, ſi non initiò, ſaltem poſtea à Magistratibus veſtris decreto ſtipendio, iuſſi eſtis ſuggeſtum ascendere, & Zuuinglianismum ac Calvinismum prædicare, æquè ac Lutherus & Lutherani iuſſi ſunt, conſtituto ſalariorum à ſuis Magistratibus Lutheranismum annunciare.

Pergit Lutherus. *Cum princeps ſeu alius Magistratus me vocat, tum certò & cum fiducia gloriari poſſum contra Diabolum & hoſtes Euangelyj, quòd, mandante Deo, per vocem hominis vocatus ſim. Eſt enim ibi mandatum Dei per os principis, quod me certum reddit, vocationem meam eſſe veram & diuinam.* At totum hoc de ſe dicere poteſt Zuuinglius, Calvinus, Beza & omnes Calviniſtæ. Nam & iſti vocantur, hoc eſt, conducuntur à Principibus & Magistratibus ſuis, non ſecus ac Lutherus & Lutherani buccinatores à ſuis. Eadem prorsus eſt vtrinque ratio. Vix tamen  
credo

Credo Lutherum vel eius affectatores & assentatores falsuros vnquam Zuuinglium, Calvinum & alios huius sectæ legitimè vocatos fuisse. *Quod igitur doceo verbum, inquit Lutherus, baptizo, administro Sacramenta, iussus ac vocatus facio, quia vox Dei facta est super me, non in angulo, ut fanatici iactant, sed per os hominis, qui est in legitima functione.* Rursus totidem verbis suam vocationem tuebitur Zuuinglius, Calvinus, Beza, & omnes Sacramentarij. Nam quis est iste homo, qui Lutherum vocavit, nisi aut Magistratus Witebergensis, aut Saxonix Princeps Elector? At prædicti etiam à suis Magistratibus vocati sunt, hoc est, iussi doctrinam Sacramentariam ex loco superiore tradere.

Dices. *Accedere etiam ordinationem.* Scio; sed inordinatam; quippe ab inordinatis, Lutherus, Zuuinglius, Oecolampadius, Bucerus, Martyr, Leo Iuda, Munsterus, Pellicanus ordinati fuerunt; sed Presbyteri.

Vbi vnquam auditum, ordinos Presbyteros, posse ordinare alios, presbyteros, vel quod à ratione alienius, Episcopos? Itaque licet hodie Prædicantes siue Presbyteri Apostatæ, siue meri laici, alios Presbyteros ordinare aggrediantur; irritus est conatus: Plus non efficitur, quàm si Menalcas Corydonem, Doctorem Theologiæ, aut Iurisprudentiæ crearet, creatumque renunciaret. Nec verum est, quod Sarauia scribit, *Presbyteros posse in necessitate ordinari à Presbyteris.* Res hæc in Catholica Ecclesia inauditi exempli est.

Quæritur XLI, Num verum sit, quod Hæretici, & in his Beza, magnis clamoribus assenerant, apud Pontificios, non nisi indoctos ac ineptos, Presbyterij & Episcopatus honore insigniri, idque sine vlllo examine. Ad hanc quæstionem respondeat Sarauia Calvinista, & contra

tra

tra hos criminatores causam nostram agat, prout agit in Apologia contra Bezam. Recitabo Sarauia verba. *Papisticas ordinationes, supra modum, ne dicam, supra verum, declamatorio more Beza exagitat, & exaggerat: qua in re vereor, ne bonam causam ladat apud conscios examinis; quod hodie plerisque in locis apud Pontificios habetur; qui dicent Bezam malevolentia odioque in aduersarios abripi ad calumniandum. Ipse ni fallor examini nunquam interfuit; sed exiis, que non raro accidisse ab aliis audiuit, in vniuersum de tota re iudicat. Ego quid viderim narrabo, & quod verum est, aduersariis concedam, &c. Errare Bezam fallique fateor, qui nullum morum & doctrinae examen ordinandos subire putat. Ego noui de precipuis doctrinae capitibus graues questiones proponi, praesertim futuris Presbyteris; Et propter imperitiam, vitaeque turpitudinem plerosque repelli, & fuisse repulsos in diuersis diocesibus, & a diuersis, qui praerant examini. Fallitur Beza, quando in vniuersum Pontificiorum Examen damnat hoc nomine; quod semper apud omnes & ubique vetusti de examine ordinandorum violentur Canones, aut quosuis promiscue admittant, qui praesunt examini, quorum neutrum semper verum est,*

Et nonnullis interpositis. *Similiter negare propter solam opinionem eruditionis & virtutis interdum vltro deferræ Episcopatus & sacerdotia, impudentia est, cum constet eximia eruditionis viros, & apud homines exterius inculpata vita, eligi Episcopos, & Presbyteros creari.*

Idem Sarauia. *Ago iam annum sexagesimum, & quotquot memoria completi possum Episcopos, tam veteres, quam novos, paucis exceptis, literatos omnes fuisse scio, &c. De reliquo clero, quod res est, negari non debet. Plerique omnes hodie latine norunt, & ut olim rarum fuit doctum inuenire sacrificulum (memineris Calvinista loqui) qui latine sciret;*

ita hodie rarum est, quæquam ita indoctum esse, ut latinum sermonem non probè intelligat, & non etiam loquatur, Rara autem & excellens eruditio, rara res est tam apud eos, quam apud nos, Lutetia Parisorum aliquando vixi, doctos & indoctos omnium ordinum Theologos ibi vidisse & audisse me memini; neminem tamen humano iudicio adeo ineptum & indoctum, ut non aequè indoctos concionatores & ministros inueniri apud nos liceat.


Hæc Sarauia Calvinianus contra Calvinistarum signiferum Bezam; verè; quis enim neget? cum Lutheranus Superintendens Sarcerius in libro de Consistoriis publicè fateatur, apud Lutheranos ordinari, *textores, sartores, & similes opifices*, qui tota vita suâ *nullum latinum verbum* didicerint.

Quæritur XLII. An apud Lutheranos locum habeat ius patronatus; Et quos nam Parochos Patroni seu collatores potissimum constituere soleant. Respondeo, utranque huius quæstionis partem intelligemus ex his Petri Arbitri Lutherani verbis in libro *de dissimilitudine doctrinae de penitentia*. Wo srgent einer wol mit sanffen Kan oder mit Gele sich einkauffen / wie auch etliche die primarien bey leben der vorigen Pfarzherren auff gut Römisch vnd Antichristisch an sich kauffen / oder srgent ein Theil vom auffheben / den Patronen jährlich verspricht / oder sonst sich verpflichtet / daß er darneben Schösser / Vogt oder Jägermeister seyn wolle / oder wo srgend ein verdorbner Jurist ist / der da procurir / vnd des Patronen Sachen zu Hoff fördern kan / oder auffs wenigst gute Freund vnd Fürbitter hat / das seynd gute Pfarzherren / die werden zugelassen / die andern müssen wol dabey bleiben / vnd man findet auch etliche gottlose Superintendenten / die vmb Ges  
schenck

ſchenck vnd Gunſt willen / ſolche confirmiren, &c.  
 Hernacher ſagt er: Nun leidet man aber ſolche Predi-  
 ger vnd auch Superintendenten / wider welche nicht  
 allein zween oder drey / ſondern ein ganze Gemein/  
 vnd auch alle Welt zeüget vnd ſchreyet. Ita arbitratur  
 arbiter non Petronius, ſed Petrus,

---

DE MATRIMONII SA-  
 CRAMENTO.

 VÆRITVR I. Vtrum Matrimonium ſit  
 Luthero Sacramentum. Respondetur, ali-  
 quando eſſe; aliquando non eſſe. Eſt, cum  
 in captiuitate Babylonica ait, *ſe non negare eſ-*  
*ſe ſeptem Sacramenta: hoc tantum inſicias ire, hunc ſeptena-*  
*rium numerum ex ſacris literis oſtendi poſſe.* Non eſt, quan-  
 do ibidem tria tantum Sacramenta ſtatuit, nempe Ba-  
 ptiſmum, Pœnitentiam, Panem. Non eſt, cum hunc i-  
 pſum ternarium numerum, tanquam nimis amplum,  
 eodem loco ad binarium redigit; excluſâ Pœnitentiâ.  
 Anno Domini M. D. XIX. in Sermone *de Matrimonio*,  
 Tom. 1. Ien. Germanico, erat Luthero Matrimonium  
*Sacramentum* proprie dictum, & quidem *magnum maxi-*  
*ma rei Sacramentum.* Quæ eius definitio tantò pluriſ fa-  
 cienda eſt, quanto *ſermonem* illum, tanquam à ſe corre-  
 ctum prolixius commendat: Sed Lutheri ſpiritus paulò  
 poſt aliter ſpirauit; quia ſpiritus tartareus aliud ei in-  
 ſpirauerat.

Quæritur II. Vtrum Matrimonium ſit omnibus  
 neceſſarium, & quidem ex præcepto. Respondeo, id à



Luthero nobis explicatum dari Tom. 5. Lat. VViteb. Serm. de Matrimonio, quem VVitebergæ habuit Anno Christi 1522. Ex hac sententia; crescite, & multiplicamini, inquit Lutherus. I. Certi sumus, oportere coadunari maritum & uxorem, ut se multiplicent, estque tam durum, atque primum preceptum, magisq; contemptui, & irrisioni aptum primum; quandoquidem huic benedictionem suam addat Deus, & quiddam ultra creationem iungat.

II. Ut non est in meis viribus situm, ut vir non sim; tam non est etiam mei iuris, ut absque muliere sim.

III. Ut in tua manu non est, ut femina non sis; sic nec in te est, ut absque viro degas.

IV. Non est libera electio, aut consilium, sed res naturæ necessaria, ut marem femina, feminam mari sociari oporteat.

V. Verbum hoc, quo Deus ait; Crescite & multiplicamini; non est preceptum, sed plus, quam preceptum, diuinum puta opus.

VI. Non est nostrarum virium, vel ut impediatur, vel omittatur, sed tam est necessarium, quam ut masculus sim; magisq; necessarium, quam edere, bibere, purgare, mucum emungere, somno & excubiis intentum esse.

VII. Insita est natura, & indoles, æquè atque membra, quæ eò pertinent.

VIII. Ut nemini Deus in mandatis dat, ut sit mas aut femina; sic nec, ut se multiplicent, præcipit; sed homines ita condit, ut mas, aut femina sint, utque generationi studeant.

IX. Est hîc necessitas, non arbitry libertas.

### Antipharmacum.

EN axiomaticum ex media Epicuri officina haustorum eximiam enneadem. Docet Aristoteles in Rhetoricis,

*nos apud eos, quos contemnimus non verecundari.* Oportet ergò, vt Lutherus non tantum omnes ſuos auditores; ſed & totum mundum contempſerit; qui hæc tam inue- recundè & impudenter, non modò pro concione ex ſug- geſtu pronunciarit; ſed & Tomis ſuis Latina & Germa- nica lingua inferere auſus fuerit. Oportet inſuper Præ- dicantes, totum mundum ſpernere, quando non veren- tur, aut verecundantur, *porcina* hæc Lutheri effata, tanquam diuina oracula, tueri, & laudibus extollere. Dicit quidem poſtea Lutherus, poſſe quosdam, qui ſint quaſi inſtar miraculi, cœlibem vitam ducere, qui tam *efficax diuini verbi regnum in ſe comperiant, vt illo cre- ſcendi præcepto non obligentur*, ſed hos ait, *eſſe admodum paucos, & inter mille, vix vnum*, quod de hæreticis ve- riſſimum noueris: apud quos rariffima auis caſtitas.

Deinde, licet Lutherus hanc exceptionem addat; ſe- rio tamen non addit, ſed tantum eo conſilio, vt flagi- tioſam ſuam turpitudinem non nihil obtegat. Nam ſi- cut nullo miraculo, aut extraordinariâ DEI gratiâ con- tingit; vt *vir non ſit vir; & femina non ſit femina*; ita ex fundamentis à Luthero iactis, ſequitur; nulli contingere, vt caſtè viuat: quandoquidem vtrunquæquè eſt ne- ceſſariû; & ſimpliciter extra libera electionis & volun- tatis noſtræ facultatem. Sequitur etiam, tot ex Luthe- ranis & Calvinianiſ caſtam vitam ducere; quot vitam ducunt abſq; cibo, potu, ſordium excretionem & ſomno; quandoquidem *creſcere & multiplicari*, magis eſt neceſ- ſarium, quàm cibus, potus, & omnia paulò ante nomi- nata; ex flagitioſo Lutheri pronunciato.

Similia de neceſſitate Matrimonij prorsus ſuilla dicta effatiuit Lutherus in caput VII. Epift. 1. ad Corinth. & multo adhuc foediora in Epiftola ad VVolffgangum

Reisenbusch, Ordinis S. Antonij, præceptorem Leichenbergicum Tom. 2. Lat. Epist. quorum partem enumeravi in supplemento ad libros de more prohibendi libros noxios, parte prima cap. XI. Vbi hos sua uolentes in Lutheri horto natos flosculos inuenies ἀγαμος (sine matrimonio) uiuere uolens, plane ἀδύνατα τῆρῆι impossibilia seruat, καὶ ὁδὸς θεομαχίῃ, penitusque cum Deo pugnat: in hoc quod uerbo Dei & creatura per uerbum eius creata, & deinceps conseruanda & exercenda perperam obnitendo repugnat. Qui se hominem esse agnoscit, & credit hominis appellatione se quoque comprehendere, ille purgatis auribus audiat, quàm Deus omnium rerum conditor super omnem carnem pronuntiet sententiam dicendo, nimirum se nolle uiuere quinquā ἀγαμον (cælibē) sed multiplicari. Qui aded ἀγαμος ἢ μονόσπορος manere statuit, ille nomen hominis à se deponat, plantū faciens se Angelum esse, aut spiritum. Homini enim à Deo nullo modo conceditur. Et hæc themata suis proponit ille, qui Propheta, Apostolus & Euangelista à suis audit. Quæ si olim Cynicus quispiam proposuisset, non plausum, sed risum & irrisum, & apud plurimos etiam, detestationem retulisset.

Quæritur III. Vtrum castitatis uotum sit Deo nuncupandum; aut si iam nuncupatum sit, obseruandum. Respondet Lutherus Epist. cit. ad Reisenbuschium. *Votum (castitatis) contra uerbum & opus Dei susceptum, ut impossibile & impium nullius momenti est. Deus quoque reprobat illud non secus, ac si uouissem Dei matrem me uelle fieri aut nouum cælum condere uelle.*

### Antipharmacum.

OBSERVA Lutherum aliosque hæresiarchas & hæreticos inanem fumum uendere, quando dicunt: castitatem

tatem ſeruari poſſe ab illo, qui donum caſtita-  
tis nemo enim ex Lutheri decreto donum hoc habet: nam  
velle caſtita-tem ſeruare, perinde eſt, vt Lutherus blaſ-  
phemat, *ac velle matrem Dei fieri; aut, nouum cælum vel-  
le condere*: at donum hoc, vt quis *mater Dei fiat; aut vt  
cælum nouum condat* nemini conceditur: ergò nec vt ca-  
ſtè viuat, ex ſententia impij Lutheri. Item; tam neces-  
ſarium eſt, vt quis cum muliere conſueſcat; quàm ne-  
ceſſarium eſt, vt *comedat & bibat*: at hoc, via & lege Dei  
ordinaria, ſimpliciter neceſſarium eſt, ergò & illud. Ex  
quibus ineluctabili conſecutione colligitur, inter hære-  
ticos tam paucos caſtè & impollutè viuere; quàm pauci  
ſine cibo & potu viuunt: hoc eſt, nullos.

Quæritur IV. Quando ſit incundum matrimonium.  
Reſpondet Lutherus Serm. de Matrimonio. *Pracla-  
rum & inſigne adagium eſt: Manè ſurgere, & manè contra-  
here matrimonium, neminem debet pœnitere.* Et vt omnes  
vim Lutheranae huius paroemiæ melius aſſequamur,  
Germanicè ad oram libri attexitur; *Frühe aufſtehen/  
vnd früe freyen/ das ſol niemandt gerewen.* In tempo-  
re operari & laborare maturet; & poſtea ſe Deo confidenter de-  
dat, uxoremque ducat: *Adoleſcens vbi vigefimum ad ſum-  
mum attigerit annum: puella, vbi quindecim, aut duodeui-  
ginti annos nata fuerit. ſani enim tum ſunt, nec ad res geren-  
das inepti.* Non video hîc quidquam conſultius, inquit ille  
idem Sardanapalicus Propheta Epift. ad Reizenbuſchi-  
um, quàm *clauſis animi oculis quantocyus ipſum opus aggredi,  
ad quod à Deo creatos nos eſſe, videmus & ſentimus,  
dum magnis flammis quotidie in carne  
noſtra adurimur.*

Anti-

*Antipharmacum.*

MISERVVM Isaac Patriarcham, qui hæc Lutheri monita non audierit, neque in præcordia demiserit, haud enim tam salutaribus institutis eruditus coniugium ad quadragesimum ætatis suæ annum distulisset. Inconsideratum itidem ipsum Abrahamum, qui filio tam dilecto, non nisi ad tantam ætatem proeecto uxorem quæsierit. Necessè itidem erit, vt Aristoteles styllum vertat; & annos, ineundi matrimonij, quos viris præstituit, cõtrahat. Nam Lutherus vult nuptias differri ad vigesimum annum; & quidem ad summum: quasi dicat, longe consultius fore, si vigesimus annus antevertatur. At Aristoteles non nisi trigesimo septimo anno viris nuptiarum potestatem facit lib. 7. polit. cap. 16. septemdecim nimirum annis serius, quàm Lutherus. Nec mouetur Lutherus incommodis seu damnis illis, quæ ex præcocibus coniugiis oriri Aristoteles docet: & minimè omnium illo, quod tales coniuges incontinentiores efficiat affirmat. Nam quid ad Lutherum incontinentia, qui in hac tota actione nihil nisi carnem & sanguinem quærit? *Ad continentiam quoque utile est nuptias fieri seriores inquit Philosophus; intemperantiores enim videntur, cum puella Veneri adsuescunt.*

Admodum quoq; mirum est: Christum Dominum, discipulis dicentibus: *Si ita est caussa hominis, non expedit nubere;* non respondisse: Imò expedit; & adeo quidē, vt masculus nuptias vltra vicimum; & foemella, vltra decimum quintum vel decimum octauum annum differre non debeat. Neque S. Paulo occurrit, vt Corinthiis eadem de re sciscitantibus tale consilium daret. Quæ caussa? Profecto non alia, nisi quia alio quàm

quàm Lutherus Spiritu instincti erāt. Nec illud prætere-  
undum, Christum Dominum discipulis suis imperfe-  
ctam formulam præcandi præscripsisse, quando illam  
præscripsit, quam *orationem Dominicam* appellamus.  
Quare Lutherus in cap. 24. Geneseos hunc defectum  
supplendum existimauit: docens ita orandum esse:  
*Domine Deus, da uxorem & Panem quotidianum.* Christus  
oblitus fuerat vxoris. At Lutherus non fuit immemor;  
& ita quidem, vt uxorem ante *Panem quotidianum* pe-  
tendam censeret: quasi scriptum esset, *Quærite primum*  
*uxorem, & cætera adicientur vobis.* Quod autem Luthe-  
rus viris cōcedit, idem ius & fœmīnis est. Cur enim ipsis  
quoque nefas esset precari: *Da mihi maritum; & Panem*  
*quotidianum.* At da prius maritum postea de pane quoti-  
diano dispiciemus. *His precibus fauet Deus;* inquit Lu-  
therus. Oppido, scilicet: *& respondet, feci te masculum &*  
*femellam, cur te non alerem?* Quasi verò non æquè ma-  
rem sine vxore, quàm cum vxore alere paratus sit.

Quæritur V. Vtrum Polygamia sit licita, siue, vtrum  
liceat simul vno & eodem tempore plures vxores habe-  
re. Respondet Lutherus affirmatiuè in explicat. cap. 16.  
Genes. Anno M. D. XXVIII. Tom. 4. Ien. Germ.  
*Quia Abraham habuit duas vxores, & alij etiam sancti viri*  
*longè plures. Certum autem est, omnia illa externa opera, quæ*  
*in veteri Testamento antiqui Patres gesserunt, libera esse de-*  
*bere, non interdicta. Verbi gratia; Circumcisio sublata est,*  
*sed non ita, vt peccatum sit, si circumcisio suscipiatur: sed, erit*  
*opus liberum, nec malè, nec benè factum. Idemque dicendum*  
*de esu Agni Paschalis, & id genus aliis: hac tamen cautione, ne*  
*fiant, iustitia titulo & opinione.*

Cùm ergò inter cætera veterum Patrum facta, fuerit  
etiam Polygamia, & coniunctio cum pluribus vxorib.

Cc

Christia-

Christianis plures vxores ducere liberum erit, æquè ac alia, quæ in veteri lege acta sunt. Hinc Lutherus discretis verbis subiungit, *Aber nicht verbotten / daß ein Mann nicht mehr dann ein Weib dürffte haben. Prohibitum non est, ut vir nõ habeat plures vxores, quàm unam. Ich fõndte es auch heüte nicht wehren / aber rathen wolt ichs nicht: neque hodie hoc vetare possem; sed tamen suadere volim.* Quasi verò non suadeas, hoc ipso, quòd ais; *plures vxores ducere, non esse prohibitum, sed liberum; nec te, si fiat, intercedere, seu obstare velle.*

Accedit, quòd Lutherus Lutherano cuidam Principi duas vxores concessit; ita tamen, *ut prior duntaxat heredes & successores in principatu gigneret*: Posterioris verò vxoris liberi, à successione in prouinciis excluderentur: ut patet ex libro Lutheri contra Henricum Ducem Brunsvuicensem: Tom. 7. Germ. Ien. Ita voluit Lutherus, ut prior vxor esset quasi Sara pariens Isaacos, hæredes paternæ ditionis futuros: altera verò esset tanquàm Agar, progenitura Ismaëles, ab hæreditate paterna excludendos. Simili benignitate, succurrere voluit Henrico VIII. Regi Angliæ. Ita enim scribit Tom. 1. Colloq. Lat. circa finem. *Antequam tale repudium probarem, potius Regi permetterem alteram Reginam quoque ducere seu facere, & exemplo patrum & legum duas vxores seu Reginas habere.*

Eandem suam de Polygamia sententiam satis patefecit Lutherus in Disputatione de *Bigamia* Episcoporum Tom. 1. Lat. Witeb. proposit. 62. & sequent. Vbi isthæ scribere non erubuit. *Nota sunt iura Mosaica de fratris defuncti vxore, & de filia corrupta, inuito patre, quæ cogunt plurium esse vxorum virum; quæ non magis sunt abrogata, quàm reliqua omnia, id est, libera, nec prohibita, nec precepta.*

pta. Potest ergo, ex Lutheri opinione, frater vxoratus ducere vxorē sui fratris sine liberis defuncti, vt fratri suo semen suscitet. Potest quoque ille maritus, qui filiam alicuius oppressit, oppressam ducere; & ad primam vxorem alteram adiungere: Et adeo quidem Lutherus Polygamix patrocinator, vt vix eam illicitam pronunciare velit, quæ nascitur ex repudio; quia ita loquitur Lutherus: *Nisi permissam illam pluralitatem, prohiberi dixeris, quæ ex repudio venit, etiam à Christo reuocatam & damnatam.* Si Christus Polygamiam ex repudio proueniētē reuocauit & damnauit, simpliciter igitur damnanda, & vt damnetur, quiuis admonendus est; neque vlli hac in re libertas relinquēda, vt relinquit Lutherus hac sua phrasi: *Nisi permissam illam pluralitatem, &c.*

Lutheri doctrinam & consilium de Polygamia libenter amplexi sunt Anabaptistæ. Et cum his Ochinus, quē Beza in libro *de Polygamia & diuortis*, hoc elogio cohonestat. Polygamiam esse licitā, nemo vnquam callidius vel impudentius defendit, quàm impurus ille Apostata Bernardinus Ochinus, quibusdam Dialogis à bono illo viro Sebastiano Castellione Latine conuersis. In quem sanè acriter insurgit Beza: qui tamen cogitare debebat, se quoque & suos culpæ illius Polygamix affines esse. Ait enim; *hac specie Polygamix comprehendi non eos tantum, qui pluribus simul vxoribus vtuntur, sed etiam qui vna, aliam ob causam, quam ob adulterium, repudiata, aliam ducunt.* Et communis non modò Calvinistarū, sed & Lutheristarum sententia habet, Matrimonium simpliciter quoad vinculum, propter adulterium seu fornicationem, dissolui. At veritas secus habet, vt perspicuè & fusè ostendit Bellarminus lib. de Matrimonio cap. 16. Quare si talis persona siue vir siue mulier ad aliud matrimonium transeat, reuera



in eam Polygamiaē speciem incidit, quam Beza damnat.

Si autem Beza verè & ex animo damnat illos Polygamos, qui dimissa vna vxore aliam ob causam, quàm ob fornicationem, aliam sibi iungunt, calamum non modò in Ochinum, sed & in Lutherum, eiusque affectas stringere debuisset; tum quia Lutherus Polygamiam, qua quis simul pluribus vxoribus vtitur, scriptis & consiliis approbavit, tum quia, vt postea videbimus, multas alias ob causas, quàm ob fornicationem matrimonij vinculum dissolui & coniugibus liberū ad alias nuptias aditum aperiri docuit. Debebat & in Bucerum suum stylum vibrare, qui in cap. 19. Matthæi scripsit, matrimonium solui posse & aliud iniri, quoties vxor non se commodam viro, aut vir non se commodum vxori prabet, quacunq; videlicet de causa coniuges sibi displiceant. Hic Bezæ vox tollenda, hic omnes nerui intendendi erant, vt pro meritis tantus Polygamiaē suffagator exciperetur.

*Durem contra  
Vitack.*

Licet autem Beza videri velit quasi nullam diuortij causam, præter adulterium, agnoscat; id tamen, num ex animo profiteatur, dubitare me cogit decretum Synagoga Geneuensis, quo sancitur, *vt si annum vir integrum ab vxore abfuerit, illaq; rem ad senatum detulerit, nisi ante quadragesimum ille diem redierit, alteri illa viro nubere impune possit.* Quòd decretum procedit, etiamsi constet, maritum adhuc in viuis esse: nec scortari vel mæchari. Habemus ergo aliam diuortij causam, præter adulterium; solam nimirum coniugis absentiam, nec est quod ambigas, id, quod vxori conceditur, concedi quoque marito, cuius vbiq; propemodum melior solet esse conditio.

*Anti-*

*Antipharmacum contra Polygamiam ex  
Luthero.*

*EXEMPLVM aut factum hoc, (Iacobi & aliorum patri-  
archarum plures vxores ducentium) non debet trahi in  
conſequentiam. Non eſt, quod dicat aliquis: Fecit hoc Iacob  
ergo mihi quoque licebit, &c. Hæc itaque traduntur non in  
exemplum, ſed vt abſtineamus ab exemplo, & imitatione, Ad-  
miremur eos, ſed non imitemur. Alia enim ſunt, quæ imitari  
alia, quæ admirari debemus. Spera, crede, inuoca, ſicut Lea.  
Non autem quatuor vxores ducas, ſicut Iacob. Id enim ad ſo-  
lum Iacob pertinet, & ad eos, quos voluit Deus exemptos eſſe à  
regula. Nos in fide, patientia & ſpe, in patribus propoſita ex-  
erceamur, & ab Heroicis exemplis abſtineamus.*

Hæc Lutherus in caput 30. Geneſeos. Qui etiam  
præcedente capite hæc de re agens, parum conſentanea  
doctrinæ ſuæ alibi traditæ tradit in hunc modum. *Mul-  
tò magis in Theologia hoc cauendum eſt, ne quis ita argumete-  
tur: Iacob perſumpit conſuetudinem & legem Moſi, (ducen-  
do plures vxores) ergo idem mihi quoque licebit facere. Ne-  
go conſequentiam. Et ratio eſt, quia Iacob non eſt moralis, ſed  
Heroica perſona, qui ducitur heroico non legali more; ideo  
non eſt imitandus, ſed ſpectandus & admirandus. Hæc & hu-  
ius generis multa alia eodem loco Lutherus, quæ vel in  
mente non habebat, quando Polygamiam nunc etiam  
liberam pronunciauit, & principi cuidam duarum vxo-  
rum poteſtatem fecit; vel omnes, atque adeo ſeipſum  
quoque, in Heroum numero computabat; et afflatu  
Heroico afflatus exiſtimabat: nam niſi hæc animo opi-  
nio ſediſſet, de Polygamia ſecus ſtatuiffet; quia, vt ipſe  
dicit, *manendum eſt intra metas legum, niſi auocet nos ſin-  
gularis vocatio, aut afflatus Heroicus.* Ergo, qui nunc plu-*

res vobis ducunt, aut ducendas docēt, illi sunt *Heroës*, & *Heroico Spiritu* agitantur: quibus conspectis, subito in memoriam reuocandum est istud Lutheri: *Si Deus inspirauerit alicui, quod est contra communem regulam, per hoc non debet solui aut tolli regula.*

Si aliud aduersus Polygamicam hanc pestem medicamentū petis, adi instructissimam Bellarmini officinam lib. de Matrimonio cap. 10. & 11.

Quæritur VI. Vtrum sint apud Lutherum & alios Nouatores alię diuortij, quoad coniugij vinculum causæ, præter fornicationem. Respondeo, ex præcedente Quæstione satis manifestum relinqui, affirmatiuum responsum dari debere, crassumque valde mendacium esse, quando Lutherus in Colloq. Germ. Tit. de Matrimonio scribit, apud se & suos esse tantum duas diuortij causas adulterium scilicet, & fugam alterius coniugis; quia in sermone de Matrimonio, & alibi, longè plures statuit; tametsi istas duas, fornicationem scilicet, & fugam occultam, vel etiam apertam alterius coniugis in peregrinas regiones semper in ore habeant, vt etiam videre licet in libello Pomerani de adulteriis, quem suo libro de Matrimonio Sarcerius inseruit.

Vt autem in specie nonnullas huius generis causas enumeremus, vna est iracundia, inquit Lutherus in cap. 7. Epist. 1. ad Corinth. cum maritus & vxor vnanimes conuersari & degere nequeunt, vt odio & ira tum ab oratione, tum à quouis bono opere auocentur. At quid? Si alter cum altero in gratiam redire nollet, & simpliciter separatus esse velit, & alter continere non valens, comparem habere coniugem cogere, quid illi faciendum? Poterit ne cum alio contrahere? Respondeo, Proculdubio poterit. Nam, cum illi præceptum non sit, vt castè viuat, neque castitatis donum habet, neque despon-

deſponſum ſibi, redire in gratiam dignatur, ac ſibi corpus ita ſurripit, cuius expers eſſe non poteſt, non compellet eum Deus ad id, quod ſuas vires ſuperat, alterius ob temeritatem; faciendumq; huic eſt, perinde, ac ſi deſponſum ſibi, obiſſet diem, præſertim, cum ipſe reconciliationem non abnuat, cui quæ repugnat perſona altera inconiugata permaneat, ut hîc Diuus Paulus confirmat.

Quæritur VII. An non fit alia in ſchola Lutheri diuortij cauſa? Reſpondeo, eſſe; nam ut Lutherus dicit in Serm. de Matrim. reperiuntur interdum adeò pertinaces uxores, quæ etiamſi decies in libidinem prolaberetur maritus, pro ſua duritia, non curarent. Hîc opportunum eſt, ut maritus dicat: ſi tu nolueris, alia volet: ſi Domina nolit, adueniat ancilla: ita tamen, ut antea iterum, ac tertio uxorem admoneat maritus, & coram aliis etiam eius duritiam detegat, ut publicè, & ante conſpectum Eccleſiæ duritia eius & agnoſcatur, & reprehendatur, ſi tum renuat, repudia eam: & in vicem Vaſti Eſther ſurroga, Aſſueri Regis exemplo. Quis Iudæus vel Turca huic Lutheri reſponſo non ſcribat?

Quæritur VIII. An matrimonij vinculum ſolui poſſit, ſi alter coniunx coniugem ad aliquod facinus vel flagitium impellere tentet. Reſpondet Lutherus in cap. 7. Epist. 1. ad Corinth. Sicubi maritus uxorem ad furtum, adulterium, vel quodcunque aliud flagitium aduerſus Deum inſtruere & compellere velit: eadem, cum hac, diuortij ratio adeſt; ut, ni reconcilientur, alteri matrimonium porro contrahendi uis ſit. Ex hoc fonte promanat etiam, ut adulterium, diuortium perficiat, aliamque ingalem copulam alteri tribuat.

Quæritur IX. Vtrum impotentia, matrimonio legitimè contracto ſuperueniens, dirimat matrimonium, quoad

quoad vinculum. Respondeo, hanc Luthero palmariam dirimendi matrimonij causam esse, vt Cynicus sermo de Matrimonio docebit.

Quæritur X. Quid faciendum; Si maritus sit impotens nec mulier publicè alij nubere possit, honoremque & famam obscurari nollet: quid factò opus? Respondetur; sic tunc maritum compellare debet. Ecce, mi marite, debitam mihi benevolentiam prestare non potes, meque & iuuenile corpus decepti: præterea in famæ & salutis meæ periculum me adduxisti: neque coram Deo inter nos matrimonium est. Fave, quaeso, vt cum fratre tuo proximè tibi sanguine iuncto occultum matrimonium paciscar: sic, vt tu nomen habeas, ne res tua in alienos heredes perueniant. Ac sine, vt sponte tua à me decipiare, quemadmodum & tu, præter voluntatem meam imposuisti mihi. An non superat Lutherus Paulum, omnesque Apostolos & Euangelistas his suis consiliis?

Quæritur XI. Num maritus, hisce suæ vxoris postulatis annuere debeat. Respondetur; maritus debet annuere, & vxori debitam benevolentiam, spemque sobolis eo pacto reddere. Credat Iudæus apella; non ego, quanquam vix ille creder.

Quæritur XII. Quid faciendum, si maritus renuat? Respondetur; Tunc vxor clandestina fuga salutis suæ consulat, & in aliam profecta terram, alij etiam nubat. Neque loquitur tantum Lutherus de impotentia matrimonium antegressa, sed & de subsecuta.

Quæritur XIII. Quid agendum, si alter coniugum fornicetur? Respondetur; Pars innocens ad aliud matrimonium transeat. Mæchus verò occidendus est. At, si non occidatur, nec tamen possit esse cælebs, quid remedij? In aliam profugere terram mæchus potest, ibique, si continere nequeat, vxorem ducere rursus. Omnino, inter duo mala, alterum

alterum potius est, utpote adulterum, propter scortationem vitandam, in exteris terris, matrimonio copulari, permittere. Arbitror enim eum vel coram Deo tutum esse, cum vita ei relinquatur, nec se continere queat.

Quæritur XIV. Quid si alij etiam non adulteri, in peregrinas regiones, relicta vxore, aufugerint, & ibi aliam duxerint; valetne Matrimonium? *Esto*, inquit Lutherus. Hoc est, matrimonium validum est, neque enim video, quid aliud, istud, *Esto*, sibi velit.

Quæritur XV. An lepra matrimonio superueniens, illius vinculum rumpat, Respondetur; affirmare Buccorum, & plerasque in Germania Ecclesias, teste Beza Epist. 10. quæ continet responsa ad Quæstiones Neocomensium. Et idem sine dubio statuunt isti de quocunq; alio morbo, qui alterum coniugem ad matrimonij usum efficit inhabilem.

### *Antipharmacum.*

Quid verò, inquit Lutherus Sermone de Matrimonio. Tom. 5. Lat. Witeb. Si alter coniugatorum morbo degravatus sit, ad eò, ut eius ad rem, nullus possit usus esse, num alians sibi is matrimonij lege copulare sibi potest? Nullo pacto, nisi salutis tuæ nullam rationem habere velis: Caterum hîc Deo in agro illo inseruias, eiusq; curam gerens, cogita Deum per hunc adibus tuis sancta immisisse, quibus cælum tibi comparandum sit. Perbeatus es, & iterum perbeatus, sit tale donum, & tantam gratiam agnoscens, agro, Dei nomine, libenter obsequaris.

Si verò te continere non posse improperes, te planè mentiri respondebo, Vbi enim ex animo agro tuo coniugato inseruiers, tibi que à DEO id afflictionis adrogatum agnoueris, cum gra-

D d

tiarum

tiarum actione, tum illi relinque curam. nam haud dubiè tibi robur impertiet, ut quàm vires tuæ possint, non plus tolere. Fidelior est Deus, quàm ut tuo coniugij te compare per agritudinem priuet, nec rursus carnistua lasciuia eripiat, si modò fidam operam languenti præstiteris.

Simile responsum dat Beza lib. de Repudiis ad hanc ipsam obiectionem de aditu patefaciendo ad aliud coniugium iis, quibus coniunx vel in lepram, vel in alium immedicabilem morbum incidit. Adscribam Beza verba. *Quid si alter vratur, vel etiam neuter habeat continentie donum? Petat vterque & precibus pugnet. Verùm, an obtinebit? obtinebit certè, ut tentationem vincat, nisi per eum steterit; quoniam in fide precabitur. Certum enim est, eum ad continentiam vocari, cui per Dominum obiicitur impedimentum, quo minus ordinario aduersus vstionem remedio uti possit: aliòquid infinitis hominibus fiet, plurimas alias ob causas in nihilominorem difficultatem redactis?*

Mihi hæc Lutheri & Beza seruandæ castitatis medicamina non improbantur. Optarem tamen, ut nupturientibus Monachis & Monialibus Lutherus & Beza similia occinerent, & cum dicunt; titillationes carnis sese aliter vincere non posse, nisi coniuge ducta: intonerent. *Si verò te non posse continere improperes, te planè mentiri respondebo;* Et ego multò magis te, Luthere, cum ducere vxorem rem tam necessariam dicis, quàm edere, bibere, purgare, mucum emungere, somno & excubiis intentum esse. *Petat & precibus pugnet, inquit Beza. Verùm, an obtinebit? Obtinebit certè, ut tentationem vincat, nisi per eum steterit, quoniam in fide precabitur.* Hæc cur Prædicantes sibi non canunt? Cur non aliis, qui, quocunque demum casu, contracto matrimonio frui & uti nequeunt?

Quæritur XVI. An non alteri parti liceat iaire aliud  
matri-

matrimonium, ſi coniunx lepra vel alio morbo incurabili laborans, conſentiat, & ad nouas nuptias tranſcun- di poteſtatem faciat. Reſpondeo, affirmare Lutherum in conſilio de hoc ipſo caſu; quod exſtat Tomo primo Nouorum operum ab Aurifabro editorum fol. 415. b. vbi cuidam, cuius vxor in lepram inciderat, ampliffimã facit alterius coniugij ineundi poteſtatem eò quòd leproſa vxor ab omni obligatione coniugali eum immunem pronunciaſſet. Sic diſpenſarunt Prædicantes vt aliam vxorem duceret quidam, cuius prior vxor in *luem Gallicam* inciderat, vt videre eſt apud Sarcerium lib. de matrim. fol. 230:

Si dicas hæc, quæ ſcripſit Lutherus Anno 1527. in Vigilia S. Bartholomæi, non ſatis conſonare, cum illis; quæ in ſermone de Matrimonio Anno ſalutis 1522. & in alio ſermone de matrimonio Anno 1525. (qui exſtat Tomo primo Nouorum operum) vbi contrarium ſtatuit; effutiuerat, id tibi mirum accidere non debet; quia Luthero ad omnem auram tam familiare fuit mo- ueri & mutari, quàm æneis gallis gallinaceis, quæ in a- croteriis ſeu verticibus turrium collocari ſolent. Sarce- rius lib. *de Matrimonio* fol. 198. b. adhuc liberalior eſt, quia etiam ſine conſenſu infectæ partis partem ſanam ad aliud coniugium conuolare permittit. Et mentitur, hoc eſſe conſentaneum *Cæſareis legibus*.

*Antipharmacum ex Beza lib. de  
Repudiis.*

Qvòd adferunt de agrotantis conſenſu, alibi dixi, cur nullo modo videatur admittendum, quoniam videlicet pro- prietas ſue plenum dominium corporis ad coniugem non tran-

Dd 2

ſit in



*fit in contractu matrimonij, sed vsus duntaxat personam ipsam non egrediens, ideoque coniuges ius quod alter in alterum habet transferre nullo modo possunt.*

Breuius & rectius dixisset Beza, hoc fieri non posse, quod matrimoniū consummatū, quoad vinculum, non nisi per mortem dissoluatur. Hæc est vnica huius matrimonij dissoluendi ratio.

*Generale antipharmacum ex Beza contra omnes supra memoratas Lutheri & aliorum coniugales lases.*

*Epist. 10. quest.  
1. p. 215.  
Matth. 19.*

ITA ergo Beza, respondens ad quæstionem, an propter lepram fieri possit diuortium viri & vxoris. *Profitemur nos nullas alias iusti diuortij causas agnoscere, quàm quæ sunt verbo Dei expressæ. (At nullæ expressæ sunt, quibus indicetur, matrimonium consummatum, quoad vinculum, solui posse, viuente vtroque coniuge) stat enim illud Domini dictum: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Homo autem tum separe videtur, cum absque Dei verbo diuortium concedit.*

*Fundamenta verò, quibus contraria sententia nititur, planè sunt infirma, ut nobis quidem videtur. Nam, quod afferunt, Euangelio non tolli, sed stabiliri leges politicas, sic intelligendū esse constat, ut conscientia nō ledatur. Liceat ergo Magistratib. de mere ciuilib. cōtractib. leges ferre: Matrimonium autē, partim politicū, partim diuinum esse dicimus illis verbis freti: quod Deus cōiūxit. Id quod etiā ex eo manifestè liquet, quòd in aliis contractib. locus est dissolutioni ex sola cōtrahentiū volūtate: in matrimonio verò nunquā idiure licuit, sicut Dominus Pharisæis respondit, & honestas ipsa docet. Quorsum enim*

enim alioqui Imperatores illi certas causas praescriberent, si sola contrahentium voluntas, ut in aliis contractibus sufficiebat? Et quod addunt nonnulli, mirum esse, eiusmodi leges latas ab Imperatoribus Christianis, non fuisse à piis Episcopis reprehensas, quàm sit infirmum, nemo non videt; cum alia multa non dissimilia possint recenseri, qua tamen ab Episcopis reprehensa fuisse non legimus, &c.

Non obstat etiam illud, quod nonnulli colligunt, nempe, si iure matrimonium dissolvitur; cum altera pars soluendo coniugali debito prorsus inepta deprehenditur: idem etiam ius merito statuendum videri, si post re ipsa impletum matrimonium, aliquid eiusmodi incidit, quod illum matrimonij finem impediatur: hoc nos verò ita esse pernegamus. Nec enim in priori illa specie matrimonij ullum proprie & re ipsa interuenit, sed tantum futuri matrimonij rata & peracta promissio: ac proinde, non dicitur matrimonium dissolui, sed pro nullo, siue pro non promisso haberi; quoniam quod promissum est, impleri re ipsa non possit. Quum autem vitium consummato iam matrimonio superuenit, tum demum plena dissolutione siue diuortio opus esset, in quo standum esse dicimus praescriptis Christi verbis; eum videlicet, qui extra fornicationis causam diuortium facit, & alteram uxorem ducit, adulterium committere.

Neque verò hic probare possumus discrimen illud inter sanabiles & insanabiles morbos: cum, quicumque sit morbus, planè sit crudele & inhumanum, partem diuinitus afflictam, & alterius consolatione ac subsidio egentem, diuortij etiam poena mulctare, nedum ut Christiana charitas, accedente praesertim coniugij vinculo, id ferre posse videatur. Quid si igitur, inquiet aliquis, parti illi afflictæ consulatur? Respondemus, quod antea probauimus, nempe matrimonij inter ceteros contractus hanc esse naturam ut non solum contrahentium voluntate, sed imprimis Dei ipsius interuentu & auctoritate sanciat: ac pro-

inde nisi de voluntate Dei constiterit (constat autem ex ipsius verbo) dirimi iure non possit.

Sed obiiciet rursus aliquis, ex insanabilis morbi superuenientis immisione, meritò posse colligi, hanc esse Dei voluntatem, ut eiusmodi matrimonium dirimatur, cui insanabile impedimentum obiicit: Nos vero respondemus, colligi quidem meritò posse, ex eiusmodi impedimento superueniente, non placere Deo, ut alter alterius corpore fruatur; velle autem matrimonium dirimi, non item. quoniam potius, si hæc fuisset eius voluntas, quo minus matrimonium ab initio consummaretur, impediuisset.

Itaque statuere debent, quibus hoc euenit, siue temporarium siue insanabile sit impedimentum, sese diuinitus ad continentiam vocari, quandiu impedimentum illud permanebit. Iam verò cum illud sit certissimum, fidelem esse Dominum, qui suos supra vires tentari non sinat, cui tandem dubium est, ei, quem Dominus ad continentiam sic vocet, continentia quoque donum promitti? Confugiat igitur ad Dominum potius, quam ad nouum matrimonium, sobrietati studeat, occasiones omnes deuitet, & certum aduersus vstionem remedium proculdubio impetrabit. Et si autem in proposita nobis questione non nihil est diuersum, propterea quòd videlicet elephantiasis non sit eorum morborum genere, qui matrimonij copulam necessario & simpliciter impediunt; tamen cum propter contagionem sana persona uti iure suo non possit, quin grauitè & multis modis in sese totamq; Rempublicam peccet, idem quod in aliis necessariis impedimentis statuendum esse arbitramur.

Hac Apostatis  
& Apostaticis  
cibus Bezaca-  
nat.

Aliud

*Aliud Antipharmacum ex Caluino E-  
pist. 360.*

*RES, de qua quaritur, valde perplexa est, neque enim iusta diuortij causa est morbus, qualiscunque tandem sit, &c. Quod ad coniugij vinculum spectat, insolubile esse statuimus, quamuis à thoro separetur uxor.*

Rectè hæc Caluinus, Vtinam in cæteris quoque tam propè ad veritatis scopum accessisset. Lutherani Prædicantes, præsertim Sarcerius lib. *de Matrimonio*, hac in re prorsus sunt intolerabiliter impudentes. Si enim ex Sarcerio quæras, vtrum lepra incurabilis vinculum matrimonij soluat? Affirmabit, & parti sanæ amplissimam potestatem alterius coniugij facit, si carnis pruriginem sentiat. At quid faciemus, si leprosus quoque coniunx vratur? Hic, miser, non ad nuptias, sed ad patientiam, & diuinam prouidentiam ablegatur; *Deum esse fidelem, nec passurum, ut carnis tentationes ultra vires inualescant.* At cur eadem non occinis parti sanæ? Quæ si in carcere esset; an non præstare cogeretur, quod iam sibi præstitum impossibile esse mentitur? Deinde, si coniugi leproso vel leprosa, sanum vel sanam coniugem non vis relinquere; relinque sibi similem, hoc est, malè valentem, & lepra infectam, vt ita vtraque pars pari iure gaudeat. Cur à Lutherani priuilegij communione lepra, quæ sine culpa incurritur, tam rigidè separet, præsertim, si sibi simile hoc est, leprosum, adiutorium expetat?

Qualis itidem stultitia Sarcerij, dicere, & quasi ex suggestu definire, *alias nuptias esse licitas, si alter coniugum in amentiam vel furorem, iudicio prudentum, maxime medicorum, incurabilem incidat: cuius rei argumentum capiendum esse ait ex tempore; si amentia aut furor ille aliquan-*

quandiu durauerit. At quid agendū, si postquā pars sana aliud cōiugiū iniiit; cōiunx amens mentē recuperet? Hic Turcico prorsus & Iudaico ritu Sarcerius Polygamiā largiter concedit; & iubet, vt altera vxor sit tanquā Sara; altera autem tanquam Agar: & hunc suum Turcismū S. Augustini auctoritate nequiter velare tentat, tamen si postea resilit, & huic nodo alium cuneum quarit.

Ex quo Turcico & Iudaico decreto sequitur; eandem fœminam posse etiam habere duos maritos: Ponamus enim priorem maritum contraxisse insaniam, & quidem Medicorum iudicio immedicabilem. Huic mulieri ex Sarcerij placito, ius fasque est nubendi alteri, Quid verò Sarcerius, si prior maritus interea ad mentis sanitatem redeat, & desipere desinat? Quid, inquam aget Prædicans, nisi, vt quod de viro respectu vxorum antea pronunciauit, illud ipsum nunc pronunciet de muliere respectu maritorum, atque adeo in thalamum huius fœminæ duos maritos inducat, exemplo, ne apud Turcas quidem vsitato? licet fatear, Sarcerium hac tanta turpitudine forsano offensus, postea vela vertisse; & parti, quæ ad sanam mentem reuertit, concessisse; vt marito iam ad alias nuptias transgresso, negotium nullo faceffat, sed matrimonio inito patificè frui sinat, & sibi itidem, si velit, de alio Hymenæo, arbitrato suo, circumspiciat. Ex quo, quod nam confusionis chaos in Republica non existet? Præsertim si ex priore marito liberos susceperit, iamq; ex secundo alios progeneret; & prior itidē maritus ex altera putatitia coniuge filios nanciscatur. Sed Prædicantes sola sua somnia curant, non damna seu publica seu priuata, quæ inde nascuntur.

Verum, vt in semitam reuertar, licet Calvinus & Beza rectè dicant lepram & similes morbos matrimonij  
nexus

nexum ac vinculum non dirimere; longè tamen aliter  
 senserunt antiquiores Zuuingliani, vt videre est in dua-  
 bus Epistolis Leonis, Iudæ, Zuuingliani Stentoris  
 Tigurini, ad Vadianum Sacramentarium Sangallensem,  
 vbi ex doctrina quoque Zuuinglij, vt profitetur, longè  
 alia canit, quàm Calvinus vel Beza. Et ipse etiam Va-  
 dianus in Epistola ad Zuuickium Constantiensem insi-  
 pientissimè de seruorum coniugio fatuatur; vt proinde  
 magnum non operè, sed stultitiæ suæ pretium fecerit, &  
 rulerit Calvinista Goldastus, cum huiusmodi non E-  
 pistolas, sed quisquilias in Tomum Tertium rerum A-  
 lamannicarum retulit.

### *De impedimentis Matrimonij contra- hendi.*

Quæritur XVII. Quid sentiendum de impedi-  
 mentis matrimonij? Respondet Lutherus in sermone de  
 Matrimonio; *aut nihil, aut parum. Nam duodeuiginti cau-  
 sas in suo iure effinxit Papa, quibus omnibus matrimonium  
 vel dissipet, vel impediatur, quas tamen fere omnes & reicio &  
 condemno.*

In Captiuitate Babylon: cap. de Matrimonio ita furit  
 (non enim dicere possum, scribit) vesanus Apostata:  
*Vagatur passim non parua opinionis liber ex colluue omnium  
 humanarum traditionum, ceu sentina quadam, collectus &  
 confusus, qui summa Angelica inscribitur, cum verius sit,  
 Summa plus quàm diabolica; in quo inter infinita porten-  
 ta, quibus confessores instrui putantur, dum perniciosissimè  
 confunduntur, decem & octo matrimonij impedimenta nume-  
 rantur, quæ, si a quo & libero fidei oculo inspexeris, videbis  
 esse de numero eorum, de quibus Apostolus prædixit: Erunt*

E.e.

atten-

attendentes spiritibus dæmoniorū, in hypocrisi loquē-  
tium mendacium, prohibentium nubere. *Quid est pro-  
hibere nuptias, si hoc non est prohibere, tot impedimenta fin-  
gere, & laqueos ponere, ne coeant, aut si coierint, dissoluere ma-  
trimonia? Quis dedit hominib. hanc potestatem? Esto, fuerint  
sancti & pio zelo ducti, quid meam libertatem vexat aliena  
sanctitas? quid me captiuat alienus zelus? Sit sanctus & zelo-  
tes quisquis volet, & quantum libet, modò alteri non noceat,  
& libertatem mihi non rapiat.*

In hunc modum contra Matrimonij contrahendi im-  
pedimenta vociferari debuit Lutherus; aliò qui, stante  
auctoritate veterum legum, nunquam mortalibus per-  
suadere potuisset, matrimonium Monachi cum Mo-  
niali, quod postea contraxit, licitum esse. Itaque vt su-  
periora in suam & sibi similium nuptiatorum gratiam  
effutiuit; sic & sequentia non alia mente detonuit, quàm  
vt sibi & suis ad nuptias incestas aditum aperiret; & o-  
mnia propemodum honestatis repagula perfringeret.  
Vociferatur Lutherus.

*Dico, & quod in me est, facio, monens & rogans omnes sa-  
cerdotes & fratres, si viderint aliquod impedimentum, in quo  
Papa potest dispensare, & quod non est in scriptura expressum,  
vt ea matrimonia confirmet, qua contra Ecclesiasticas, tyran-  
nicas, vel Pontificias leges fuerint contracta. Arment au-  
tem se lege diuina dicente; Quod Deus coniunxit, homo non  
separet.*

En iterum disertè nullos alios gradus vetitos esse af-  
firmat, nisi quos lex Mosaica vetuit. Nam extra  
hanc, non extat in sacris literis vllum de  
certis quibusdam gradibus in-  
terdictum.

*Anti-*

*Antipharmacum.*

IMPERITE obtrudit Lutherus illa, *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Scilicet DEVS coniungit aut coniunxit, qui se contra leges Ecclesiasticas coniungunt vel coniunxerunt. Scilicet DEVS contra leges & scita illius coniungit, quam adiri & audiri ita iussit, vt si quis eam audire abnuat, pro Ethnico & publicano habendus sit. Scilicet DEVS coniungit, qui coniunguntur illâ inuitâ, quæ est *columna & firmamentum veritatis.*

*Matth. 18.  
2. Tim. 3.*

Meminerit Lutherus sui dicti in colloquiis potatoriis & culinariis Tit. *de Matrimonio*, vbi ita scribit: Der angezogene Spruch/ Was Gott zusammen gefügt hat/ soll der Mensch nicht scheiden / hat den Verstande vnd dise Meinung: Daß das Wörtlein (Gott) heißt hie nicht Gott im Himmel/ sondern sein Wort/nemblich den Eltern vnd der Obrigkeit gehorsam seyn. Was soll Gott sonst seyn: Gott füget nicht zusammen was da geschicht one der Eltern Willen vnd Bewilligung. Vnd was ich meiner Tochter befehl/ vnd sie heisse/ das befehlt vnd heißt sie Gott. Sind aber da nicht Eltern/ so sint an derselben stat die nechsten Blutsfreunde/ darumb heißt hie in diesem Spruche/ Gott/ Gottes Wort. Wenn nun meine Tochter ohn meinen Willen freyet/ vnd sich ohn mein wissen heimlich verlobet / so scheidet solch Verlöbnuß Gott / vnd wenn sie meinen Willen weiß / so weiß sie Gottes Willen. Denn Gott hats gesagt: Was jr Menschen nun mit jnen machet/ das mache Gott mit jhenen / wie man in vilen Sprüchen der Schrift sibet/ 2c. Denn der Eltern Gewalt ist eine Gottheit / denn sie sitzen hie an Gottes Stadt/ als seine Stadthalter / wie denn auch die Obrigkeit.

Ec 2

Aber



Aber die Welt heist Gott das Glück / wenn sie sagen / daß Gott habe zusammen gefügt / Das ist / die Brunst / vnd der tolle Grimm der Liebe.

*Allegata sententia; quod Deus coniunxit, homo non separet; hunc sensum habet; quod vocula (Deus) hoc loco non significet Deum qui in cælis est; sed ipsius Verbum; nimirum parentibus & magistratibus obedire. quid aliòqui sit Deus? Deus non coniungit, quod sit sine parentum voluntate & consensu: Et quod mea filia mando, & iubeo, hoc illi mandat, & iubet Deus. Quod si parentes desint, eorum loco sunt proximi consanguinei; Proinde in sententia scriptura huius, Deus; accipitur pro Verbo Dei. Quare, si filia mea, contra meam voluntatem nubit, vel, me inscio, se despondet; disiungit hanc sponsonem Deus; & contra; si mea filia scit voluntatem meam, scit etiam Dei voluntatem. Deus enim dixit: quidquid vos homines cum illis (filiis & filiabus) transigitis, hoc Deus transigit, ut ex pluribus scriptura locis patet, &c. Parentum enim ius & potestas, est eadem cum diuinitate. Etenim hîc loco Dei sunt, tanquam Dei Vicarij, ut etiam omnis magistratus: sed mundus Deum nomine Fortuna effert; cum dicunt, quod Deus coniunxit, &c. id est, ardor & insanus impetus amoris. Similem huius sententiæ expositionem adducit Lutherus lib. de Matrimonialibus rebus, Tom. 5. Ien. Germ. fol. 241. b.*

Si ex Lutheri sententia DEVS illos non coniungit, aut coniunxit, qui se contra parentum, consanguineorum, aut magistratus voluntatem coniungunt aut coniunxerunt; quanto magis censendum est, illos à DEO non coniungi, qui se contra Ecclesiæ expressam voluntatem coniungunt? Nam, quis potior apud DEVM? Vniuersalis Ecclesia sponsa Christi, columna & firmamentum

mentum veritatis: an priuatorum hominum; vel, politici magistratus auctoritas?

Quæritur XVIII. in ſpecie, de nonnullis Matrimonij impedimentis. Et primò, de conſanguinitate? Reſpondet Lutherus; *Nulla eſt perſona, cum qua ob conſanguinitatem nequeas matrimonium inire, præter illas, quæ Leuit. 18. numerantur. Quis liberaliorem Caſiſtam ſibi fingat, etiam ſi fingendi daretur optio?*

Quæritur XIX. quas perſonas ob affinitatem coniugio tibi copulare nequeas? Reſpondet Lutherus; *has ſolas perſonas vetuit Deus: Patru mei uxore, filij mei uxore, fratris, priuignæ meæ, priuigni & priuigna meæ liberos, uxoris meæ ſororem, uxore meæ viuente. Harum cum nulla matrimonium contrahere poſſum: cum reliquis contrahere poſſum: quidquid dicant iura Canonica, quidquid uſus & conſuetudo Eccleſiæ, Imò ex Caſiſtæ huius decreto, poterit Lutheranus licitè fratris ſui uxorem ducere, & ei, more Moſaico ſemen ſuſcitare; quia non eſt vetitum; ergò liberum.*

Quæritur XX. quid ſentiendum de cognatione ſpirituali? Reſpondet Lutherus: *ſine iſtas nugas, & iunge te, ſi volueris, ſiue cum illo, qui te ex baptiſmo leuauit; ſiue cum leuato à te in baptiſmo, aut cum horum filiabus, & qualibuscumque cognatis: neque nummorum auidiſſimam nationem, vel tantillum cures. Quod ſi te non impedit puella baptiſmus, nec te auocare debet, quod eam tu baptiſmo tinxeris, aut ex baptiſmo ſuſceperis.*

In captiuitate Babil. ita bacchatur Lutherus. *Ita debent iſta nuga cõpaternitatũ, cõmaternitatũ, confraternitatũ cõſororitatũ & conſilietatũ prorsus exſtingui contracto matrimonio. Quis enim iſtam cognationem ſpirituaalem inuenit, niſi ſuperſtitio humana? ſi non licet baptiſanti aut leuanti bapti-*

*satam aut leuatã ducere cur licet Christiano Christianam ducere? An est maior cognatio ista ex ceremoniis seu signo Sacramenti contracta, quã quæ ex re ipsa Sacramenti? An non Christianus est frater Christiana sororis? An nõ baptisatus, baptisata spiritualis frater? Quid in sanimus? Quid si quis uxore suam erudiat in Euangelio & fide Christi; factus hoc ipso verè pater eius in Christo, an non liceat uxorem eius manere? An Paulo non licuisset puellam ex Corinthiis ducere, quos omnes in Christo genuisse iactat? &c.*

### *Antipharmacum.*

VIDES, quomodo bestia, nil nisi nugas effutiens, tonet ac paratragediet? Cognatio spiritualis iam restricta est à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 2. ita ut eam non contrahant, nisi patrini cum baptizato & parentibus baptisati. Item, baptisans cum baptisato & parentibus baptisati. Similiter in Confirmatione, nemo contrahit cognationem spiritualem, nisi patrini vel patrini cum confirmato & parentibus confirmati: Item confirmans cum eodem confirmato eiusdemq; parentibus. Itaque non est, quod Lutherus amplius clamet *de confraternitatibus & consoreitatibus.*

Et quamuis iure antiquo ad filios quoque cognatio spiritualis extenderetur; ita ut qui ex baptismo spirituales fratres & sorores essent; matrimonium inter se validè contrahere non possent: nihil tamen suis clamoribus contra hoc Ecclesiæ decretum efficit Lutherus. quia, Ecclesia prohibere potuit hanc *confraternitatem & consororitatem*, ut loquitur Lutherus: & illam generalem, quæ ex ipso Christianismo oritur, prohibere non potuit: quos enim matrimonio Christiani sibi copulassent; si eos, qui ex Christiana fide inter se sunt fratres & sorores, sibi iungere non potuissent? Nam si Lutherus  
magi-

Magistratui politico eam concedit potestatem, vt matrimonij contractum ampliare, vel restringere, certisq; legibus temperare queat; ita vt matrimonium, iudicio Lutheri, non constet, si contra leges illas ineatur: mirum sanè foret, si Ecclesia, ante Lutherum, quæ toto orbe diffundebatur, tantum potestatis non habuisset; vt matrimonio certos limites præfigeret.

Quando Dux Mauritius tertium gradum concedit; Elector autem prohibet, vt Lutherus testatur: tunc tam illius concessio, quàm huius prohibitio valida est: & subditus prioris validè contrahit in tertio gradu; subditus posterioris validè non contrahit, Luthero iudice:

At verò, quando iustas ob causas Ecclesia impedimentum aliquod sancit; tunc Lutherus buccis tumentibus vociferabitur: *Vide, quàm sit libertas Christiana per cecitatem humanæ superstitionis oppressa? Homo non habuit ius tales leges condendi; & Christianis per Christum libertas donata est super omnes leges hominum. Coniunctio viri & mulieris est iuris diuini, quæ tenet, quocunque modo contra leges hominum & cætera contigerit: debentque leges hominum ei cedere sine villo scrupulo.* Ergò & lex illa Electoralis de non contrahendo in tertio gradu libertati matrimonij & Christianismi cedere debet.

*In Captiv. Babilon.*

Cognatio ex Catechismo, qui præcedit baptismum, de qua etiam Lutherus, nunquam inter impedimenta matrimonij dirimentia numerata est; sed inter impedientia tantum: & quidem ita, vt nunquã pro grandi obice habita fuerit. De quibus omnibus videri possunt, quæ disputantur in supplemento Tertiarum partis D. Thomæ q. 56. & ab aliis alibi.

Quæritur XXI. de cognatione Legali? Respondet Lutherus; *quæ humanum figmentum est, ne teruntij quidem*

dem estimandum. Huic ergò nouo Euangelistæ non tantum Canonica, sed & ciuilia iura cedant oportet.

Quæritur XXII, quid sentiendum de infidelitate? Respondet Lutherus; *Noueris matrimonium æquè externam rem esse, ac alias mundi negociationes. Vt ergò cum Gentili, Iudæo, Turca, heretico edere, bibere, in soporem me collocare, itineri accingi, mercari, loqui & agere possim; sic & cum iisdem matrimonium contrahere possim; nec stultarum legum id vetantium angare curâ. Reperiuntur Christiani, qui in corde peiores sunt per infidelitatem, quàm vlli Iudæi, Turca, aut heretici. Porrò gentilis æquè à Deo in marem & feminam conditus est benè & absolutè, vt D. Petrus, D. Paulus, & sancta Lucia, vt interim de Pseudochristianis, & titulo tenus Christi professoribus nihil dicam.*

In Captiuitate Babylonica ita insanit Lutherus: *Nec huic impedimento consenserim, quod vocant religionis disparilitatem, vt nec simpliciter, nec sub conditione conuertendi ad fidem, liceat ducere non baptisatam. Quis hoc prohibuit? Deus an homo? Quis hominibus potestatem facit prohibendi sic nubere?*

Dicamus & nos. Quis tertium gradum prohibuit, Deus, an princeps Elector? sub Duce Mauritio conceditur tertius gradus plenus, id est, in linea vtrinq; equali, sed semiplenus in equali linea prohibetur, vt inquit Lutherus in Epist. ad Hessum Vratislauensem Prædicantem, quæ exstat Tom. 1. Colloq. Latinor. sub finem. Quæramus & nos cum Luthero; *Quis hominibus potestatem facit prohibendi sic nubere?* Et tamen de lege Ducis Mauricij subdit Lutherus: *Istis ordinationibus Magistratum statimus; quia ministrorum Verbi non est leges, mores ciuiles condere: pertinet hoc ad magistratum ciuilem, qui potest disporre, & iudicare de hereditatibus, successioneibus, quæ ex coniugio*

*ugio veniunt. Ideo & coniugium debet legibus ordinari. Hæc Lutherus, qui legibus à Duce Mauritio circa Matrimonium latis stare vult: & legibus ab vniuersali Ecclesia eâdem de re latis stare detrectat. Quæ hæc infania?*

*Quæritur XXIII. de crimine. Respondet Lutherus: In hoc dissentiunt, vt non satis sciant, quàm multiplex fingere debeant: attamen ferè hæc tria consingunt. Si quis puellam viuiat, eius sororem, aut cognatam in coniugem habere non potest. Deinde, cum qua adulteratus est quispiam, eam, defuncto vita marito, ducere non potest. Postremò, si vir aut uxor eius, quem deperit, caussa, maritum suum occiderit, illi postea nubere non potest. Hic supra quam dici potest, stultos pluit. Tu verò iis nullam adhibeas fidem, neq; turberis iisdem. Diabolus est, à quo agitantur. Crimina & peccata sanè puniendâ sunt: alia tamen mûlta, quàm coniugij vetatione. Nullum ergò crimen, aut flagitium Matrimonium impedit, &c.*

*In Captiuitate Babylonica clamat Lutherus: Idem rigor stultitia, imò impietatis est, Impedimentum criminis, scilicet, ubi quis duxerit prius pollutam adulterio, aut machinatus fuerit in mortem alterius coniugis, quò cum superstite contrahere possit. Obsecro, unde iste rigor hominum in homines, qualem nec Deus vnquam exegit? An ignorare se simulant, Betschaba uxorem Vria vtroque crimine impleto, id est, præpollutam adulterio, & occiso viro, tamen ductam à David sanctissimo viro? Si lex diuina hæc fecit, quid faciunt homines Tyranni in suos conseruos?*

*Dicamus nos; si tertium gradum non prohibet DEVS: si aliquorum matrimonia etiam in secundo gradu non vetat; quis iste rigor stultitiæ, seu impietatis est tertium gradum & secundum prohibere, vt prohibet Elector; eum DEVS tale interdictum non tulerit; etiam in secundo gradu, quoad quasdam personas. Si lex diuina hæc*

*non fecit, quid faciunt homines Tyranni in suos conseruos? Meritò autem hoc impedimentum à Christiana Ecclesia introductum est, vt sit retinaculum indomitæ libidinis, quæ aliquando ad truculenta etiam facinora homines impellit.*

Quæritur XXIV. num tolerandum sit, vt alter coniunx ob crimen commissum, plectatur hac pœna, ne debitum à suo coniuge poscere queat? Respondet Lutherus, id minimè tolerari debere. *Viden' inquit, quid per suos in coniugij statu efficiat Satanus? Maritum & uxorem in eundem collocat thalamum, inquiens; Ne sis vir, & ne sis mulier; ignem scilicet & stramina componit, & iuxta vetat, vt ardeant. Si decima huius præcepti portio imponeretur Pontifici; vt in rabiem adigeretur, vt insaniret, deq; violentia & iniuria quereretur? Apage sis ingentibus cum morionibus istiusmodi. Liberum tibi coniugium relinque, perinde ac Deus instituit, peccataque & crimina aliter punias, quàm cum Matrimonio, adeoque aliis flagitiis. Nam, si ex Lutherani Euangelij plenitudine Monachus Monacham ducere potest, caussa nulla amplius apparet, cur vllus cuicumque, quacumque ducere volenti, obex opponatur; aut vsus contracti matrimonij ob vllum flagitium prohibeatur, aut restringatur, quia si id, quod maius est, alicui ludus & iocus est; multò magis id quod in eodem vel affimili genere minus est, eidem ludus ac iocus videbitur, atq; adeo nulla lege vetandum.*

Quæritur XXV. de publica honestate: num, si sponsa mea è vitâ migret, & indormiscat, priusquam eam domum recepero, liceat mihi sororem eius aut cognatam vsq; ad quartum gradum ducere. Papa respondet negatiuè, inquit Lutherus; eo quod ei videatur & appareat honestum esse hoc, vt non  
faciam

faciam, niſi pecunias expendero; tum enim omnis mox inhonestas euauit.

At Lutherus ſuos caſus ſecutus, reſpondet affirmatiuè: quia ſupra accepisti, me, defuncta uxore, eius ſororem, & qualemcunque cognatam ducere poſſe, præter matrem eius & filiam. (quanto magis ſororem & qualemcunque cognatam ſponſa ducere licebit?) Hic tibi murus aheneus eſto, & quidquid ſtulti iſti nugati fuerint, ſine. Ego enim ſum, qui hoc ſanxi, Martinus Iſlebicus, Elias tertius. *av-  
ròs è Qa.* Nullus contra hiſcat aut ſciſcat.

Quæritur XXVI. quid ſentiendum de impedimento Ordinis? Reſpondet Lutherus in Captiuitate Babylonica: Hoc impedimentum merum eſt hominum commentum, præſertim cum garriant, eo dirimi etiam contractum, ſemper ſuas traditiones ſuper Dei mandata exaltantes, &c. Eſt ergo inter ſacerdotem & uxorem verum & inſeparabile matrimonium, mandatis diuinis probatum. Quid ſi impij homines illud prohibeant aut dirimant mera tyrannide ſua? Eſto, ſit illicitum apud homines, licitum tamen eſt apud Deum, cuius mandatum ſi contra hominum pugnet mandata, eſt præferendum.

### *Antipharmacum.*

HÆC Lutherus pro ſe & ſuis ſcripſit. quia, niſi talia ſcripſiſſet, & imperitis hominibus perſuaſiſſet, omnes Lutherum, Carlſtadium, Ionam, Amſtorphium, Zuuinglium, & innumerabiles alios pro nebulonibus habuiſſent: quippe qui ſacris Ordinib. initiati, meretrices ſibi ſub ſpecioſo matrimonij nomine copularint.

Quæritur XXVII. quid de impedimento Voti ſentiendum, ſi quis vel intra vel extra Monasteria caſtitem voverit. Reſpondet Lutherus, ſermone de Matrim.



Tuum votum cum Deo pugnat, adeoque, nihil est: sicque dicas; quod nec meum, nec mei iuris est, id sponendi. Quare, votum rescindas, monasticen deseras oportet, moxque ad naturalem sociam adiungas te matrimony lege. (Exemplo suo præiuit Lutherus, iterque monstravit)

Quæritur XXVIII. quid nam secundum Lutherum prudenter voueri possit? Respondet; si aliquid prudenter vouere cogitas, voueas quod tuum tibi nasum demandere nolis: *Daß du dir nit wollest die Nasen abbeissen. Hoc enim seruare potes.*

Quæritur XXIX. num valeat matrimonium, si quis illud contrahat adactus metu cadente in constantem virum? Respondet Lutherus Serm. de Matrim. *Huiusmodi matrimonium coram Deo nullum esse. Addit, Attamen huic coactioni assentiri quisquam non deberet, & alio potius conferre sese, ne puellam, aut uxorem eam deluderet, aut in laqueum duceret; hoc enim excusatus non es, quòd inuitus & coactus duxeris. Non cogi debebas, ut proximo tuo damnum dares, & ante vitam impenderes, quàm aduersus charitatem quidquam admitteres. Neg, enim tu optares sanè, ut quispiã incommodaret tibi, siue coactus siue nõ coactus. Eum ergò liberũ iudicare nequeo, qui ob hanc sibi causam diuortium querit. Cedo, si quis te, uti in rebus meis furtum admitteres, compelleret, aut ut me neci dares; num ideo, iniustum non erit? Cur coactioni pares, quæ contra præceptum Dei tui, proximumq; delinquere te compellit?*

### *Antipharmacum.*

QVAM animosus & imperterritus est Lutherus? qui sine dubio ita affectus erat, ut potius tres, quatuor, quinque, & plures feminas ducturus fuerit, quàm ut mortem subiret, Et quænam hæc fatuitas? Fatetur Lutherus

therus huiusmodi *coactum matrimonium coram DEO nullum esse*: Et tamen seuerus iudex contrahentem non audeat pronunciare liberum. Liber est coram DEO; vt tu ipse confiteris; liber est etiam coram Ecclesia; quæ metum in constantem virum cadentem à matrimonio quàm longissimè exulare iubet, & si interueniat, matrimonium nullum esse pronuntiat. Nec decipit talis puellam, seu alteram personam: quia, quidquid agit, metu in constantem virum cadente percussus agit. Quocirca, si qua hinc deceptio est, eius auctores sunt, qui alteri talem metum incutiunt: nam ni incuterent, à tali matrimonio contrahendo abstineret.

Quæritur XXX. quidnam apud Lutheranos effecerit doctrina Lutheri de Impedimentis matrimonij tradita cum alibi, tum in sermone de Matrimonio? Respondeo, hoc effecisse, quod indicat ipse Lutherus Epist. ad Hessum Prædicantem Vratislauensem Tomo I. Colloq. Lat. Accipe Lutheri verba: *Quid agitis nunc? Nonne regio vestra seminarum & puellarum plena est? cur ergo uxores ducitis ex secundo & fermè primo gradu, vt filiam sororis, & duas sorores alternatim.* En quid fructus Cynicus ille Lutheri sermo de matrimonio in Silesia tulerit? Nec primus affinitatis gradus tutus fuit: quis scit, quid primo consanguinitatis gradui acciderit? Vnde hæc lerna malorum? Ex Lutheri declamationibus; qui omnia fermè Iuris antiqui repagula amouerat. Liqueat hoc ex verbis, quæ mox sequuntur in Colloquiis Latinis,

*Lutherus quondam literas scripsit, in quibus hi gradus non prohibeantur: verum alios postea scripsit libros, vbi sententiam priorè mutauit; vel, si dicere liceret reuocauit. Nimis religiosus es, ne dicam superstitiosus. Mutauit & reuocauit, deleuit & expūxit postea, quæ Anno 1522. tanquã ipsissimū*

DEI Verbum Stentorea voce de gradibus prohibitis detonuerat.

Nec mirum hæcreuocasse Lutherum, cum vix quidquam tradiderit, quod non recoxerit, & recoquendo in aliam formam transformarit; suoque vertiginoso spiritu circumagitatus, id postridie repudiauerit; quod pridie tanquam cælitus lapsum, & ex intimis scripturæ medullis depromptum venditauerat.

*Est, inquit ille, nuda tabula in qua nihil docetur aut iubetur, sed nudè ostenditur, quid in veteri lege de his rebus traditum sit.* Liccat bona pace tua dicere, mi Apologista, quisquis es; *mentiris*. vtque tuum mendacium clarius innotescat, sciendum est, Lutherum Anno 1522. edidisse personarum Catalogum, (qui erat quasi summarium eorum, quæ in Sermone de Matrimonio delirauerat) quib. in veteri lege ob cōsanguinitatē, & affinitatem inter se contrahere vetitum erat. Exstat iste Catalogus Tom. 2. Germ. Ien. post Sermonem de Matrimonio. Et est iste.

*Quæ nam personæ ratione consanguinitatis & affinitatis in matrimonium duci nequeant?*

*Personæ prohibita ob consanguinitatem sunt ista.*

1. Pater, 2. Mater, 3. Nouerca, 4. Soror, 5. Soror ex vitrico vel nouerca, 6. Filij filia, 7. Patris soror, 7. Matris soror.

Ex hoc syllabo colligit Lutherus hoc Epimythium.

*Ex hoc sequitur, quod consobrini (Schwesterkinder) & soror nouerca (Stiffmutter Schwester) duci possint in Matrimonium.*

Pergit Lutherus in suo Catalogo pertexendo. *Personæ ratione affinitatis prohibita sunt ista: 1. Vxor patris, 2. Vxor filij, 3. Priuigna, 4. Priuigni & Priuignæ filius & filia, 5. Fratris vxor, seu fratria, 6. Soror uxoris, viuentis uxore.*

*Ex quo sequitur, inquit Lutherus, quod uxoris vel sponsæ meæ*

*ſa mea mortua ſororē ducere queam. Et Lex mandabat, ut fratris uxor, mortuo fratre, duceretur à fratre. Matth. 22. Alia omnia matrimonij interdicta, non à DEO, ſed à ſpiritualibus Tyrannis, quaſtus gratia, introducta ſunt, &c.*

Hucusque Catalogus Lutheri: qui poſtquam diſſeminatus fuit, mox plurimi, maximo omnium ſcandalo, in propinquiffimis gradibus contrahere cœperunt; adeò, ut ipſemet Lutherus tam probroſos contractus ferre non potuerit. At illi defendebant ſe doctrinâ Lutheri, Lutherus verò & aſſeclæ nonnulli clamitabant; *Lutherum mutaſſe ſententiam* Egregiam verò rem. In Sermone de Matrimonio & in Catalogo graduum prohibitorum contentiffima voce vociferabatur, id, quod docebat, ex ſcripturis hauſtum eſſe. Poſtea, ubi ſcandalorum ingentem meſſem vidit, calculum reduxit, & ſtylum vertit: &, quod prius probauerat, improbauit. Cuius Prophetæ, Apoſtoli, aut Euangeliftæ exemplo? Nam quod Lutherus in hoc Catalogo nihil aſſeruerit, ſed nudè, quid ſcriptura tradat, propoſuerit; mendacium eſt, ut patet ex dictis, & ex clauſula Catalogi, in qua monet, *ut qui ſe ſaluos volunt, uiuant & agant non ex præſcripto humanarum traditionum & legum; ſed ſacrarum literarum*: quibus nihil aliud indicare voluit, quàm in nuptiis contrahendis tantum habendam rationem eorum graduum, quos vetus ſcriptura vetat: Reliquos ab Eccleſia prohibitos, nihili faciendos eſſe. At ridiculum eſt, cùm dicit; *idem docuiſſe Philippum*: quaſi culpa duorum minuatur facinus: Et quaſi ideo acquieſcere debeamus, quod cum inſaniente Luthero, inſanierit quoq; Grammatifſta Melanchthon?

Subiungit Lutherus in Epiſtola ad Heſſum: *Ab initio ſcilicet. doctrina noſtra cōſtantiffimè & perpetuò docuimus ordinationes &*

nes & leges civiles esse seruandas, Confirmamus enim & approbamus iura ciuilia, & gladium magistratus, cum omnibus suis ordinationib. iuxta Rom. 13. Omnis anima, &c. Et 1. Pet. 3. Obedite regi, Deinde etiam hoc ab initio fecimus & prohibuimus, legem Mosi in Ecclesiam reduci; & statuimus nostra politica legibus utendum esse.

Hæc quàm vera sint perspicuè disces ex Luthero Academico cap. 11. & 12. Nimirum Lutherus perpetim hoc in more habebat, vt quando videbat suis ex dogmatibus aliquid nasci, quod Magistratus ferre nollet; postea, malo emplastrum quæritans, clamitaret; Magistratui, eiusque legibus parendum. Quod & hîc factum. Nam cum ex doctrina Lutheri de gradibus prohibitis & matrimonij impedimentis infinita scandala existerent: magistratus passim se interponere, & licentiam à Luthero concessam coërcere coactus est. Id vbi aduertit Lutherus; Eos, quos deceperat, sub cultro liquit; & magistratui, eiusque decretis omnes causas & controuersias matrimoniales subiecit.

*Cur ista nostra scripta non leguntur, inquit Lutherus, in quibus toties nostram sententiam declarauimus?*

Quæ nam scripta? An Sermo de Matrimonio non est tuus? An non est tuus Catalogus graduum prohibitorum? An nescis, quid doceas in vtroque hoc tuo opusculo? An Captiuitas Babylonica non est tua? An non ibi oua posuisti pro omnibus illis erroribus, quos postea in Sermone de Matrimonio exclusisti? Hæc omnia leguntur isti, in quos tu inueheris; & longè diligentius leguntur quàm oportebat: & ex lectione ad facta turpia, fœda, & magistratui intoleranda proruperunt. Scilicet expectare debebant, donec tu nouo vertiginis spiritu  
affla-

afflatus, euerteres, quæ priuſtanquam ipſiſſimum DEI Verbum, venum expoſueras.

Quæritur XXXI, Vtrum error & conditio perſonæ, cum qua quis contrahit, dirimat matrimonium. Nec eſt quæſtio de conditione ſeruili; neque etiam de errore, quo vna perſona pro alia ſubſtituitur; his enim duobus matrimonium dirimi in conſeſſo eſt apud Iuris & Canonum peritos; Sed eſt quæſtio de aliis qualitatibus & erroribus, vt ſi quis putet ſe contrahere cum nobili, & ſit ignobilis, cum opulenta; & ſit egena; cum ſana, & ſit ægra; maximè ſi laboret morbo aliquo abominabili qualis eſt lepra, gallica lues, phrenēſis, comitialis morbus; cum bene morata; & ſit peſſimis moribus inquinata; ita vt ſi huius perſonæ tales defectus & vitia prius nouiſſet, minimè eam ducturus fuiſſet. In his ergo & id genus aliis caſibus ſequitur, num matrimonium valeat, & an dirimi poſſit?

Reſpondeo, hoc nobis explicari à Luthero lib. de Matrimonio Tom. 5. Ien. Anno 1530. Distinguit enim. *Nam qui ita deceptus eſt, ille aut flagitioſus eſt & improbus; aut bona mentis ac probæ conſcientiæ. Si flagitioſus, matrimonium valere & conſtare debet; nec ferendum, vt dirimatur, Si probus & honeſtatis amans; dirimi debet; & liberari perſona decepta; meretur enim hoc, ne ſibi ſuus error & incurſus ſpectio ſit fraudi.*

### *Antipharmacum.*

GERMANICVM prouerbiũ eſt. *Überſehen iſt auch verſpielt.* Cur improvide agit, qui contrahit in re tantiponderis ac momenti? Quam lata autem matrimonia diſſipandi fenestra aperitur, ſi diſſolui poteſt, ob defe-

Gg

ctum

Quum cognitum, quem si ante contractum habuiffem  
 perspectum à contrahendo abstinuiffem? Nec iuuat Lu-  
 therum, quod priuilegium hoc tandem modo probis  
 concedit; nam & improbus facilè probitatis quandam  
 formam hypocriticè induet, donec à molestia oneris  
 quo premitur, expediatur. Deinde, cum Lutherus  
 clamet, definitionem ad politicam magistratum perti-  
 nere, neque Prædicantes falcem suam in lites matrimo-  
 niales immittere debere; cur nunc sui oblitus huius-  
 modi leges dicat, & quidem in Christiana Republica &  
 in Ecclesia ante Lutherum inauditas?

Quæritur XXXII. cum dicat Electorem Saxonie  
 concedere quartum gradum, & vetare tertium; an Lu-  
 therus in hanc sui principis legem non deliquerit? Re-  
 spondetur, deliquisse. Nam Tomo primo Nouorum  
 Operum fol. 417. b. in Epistola ad Iosephum Leuinum  
 Metzsch, quietum esse iubet hunc Iosephum ob matri-  
 monium, quod contraxerat cum quadam in tertio gra-  
 du sibi coniuncta: nec opus esse, vt dispensationis gra-  
 tia Episcopum adeat; nam Deum hunc gradum non pro-  
 hibuisse.

In libro itidem de caussis Matrimonialibus Tom. 5.  
 Ien. Anno 1530. sapientior & liberalior suo principe,  
 tertium & quartum consanguinitatis & affinitatis gra-  
 dus concedendos esse contendit. At renuit tuus prin-  
 ceptor Elector. Num tu maior Legislatores illo?

Quæritur XXXIII. An mentitus fuerit Lutherus,  
 quando in Colloquiis Symposiacis Tit. de *caussis & ca-  
 sibus Matrimonialibus* scripsit; *In quarto gradu concedimus  
 nuptias; in tertio non concedimus; non quidem propter con-  
 scientiam, sed ne demus mala exempla auaris rusticis, qui cu-  
 pidine opum adducti, etiam proxime sibi cognatas in uxores  
 ducent.*

*ducent.* Respondetur, ex præcedente Quæſtione planum fieri, Lutherum mentitum eſſe, quia ipſe Iosepho Leuino nuptias tertij gradus conceſſit, & Lutherani in prouincijs Ducis Mauricij tertium gradum non prohibebant, teſte Luthero loc. ſupra cit.

Quæritur XXXIV. quis fructus ſequatur ex conceſſione tertij gradus. Respondet Lutherus in Colloq. loc. cit. *Si hominib. concederetur tertius gradus, tunc affueſcerent etiam contrahere in ſecundo gradu.* Subſumamus nos. At Lutherus ſæpe, præſertim in Sermone de Matrimonio conceſſit tertium gradum; idem fecerunt & faciunt aliquot Lutherani principes & magistratus, Lutherus ergo cum ſuis affuefecit homines, vt matrimonia in ſecundo gradu contrahere non reformident. Et quis dubitet iſtos ſæpius feciſſe id, ad quod permiſſione tertij gradus affuefacti fuerunt, præſertim cum Lutherus in Sermone de Matrimonio diſerte ſcripſerit; *Conſobrinos inter ſeſe matrimonij lege ſociari poſſe diuina & Chriſtiana poteſtate.* & exemplis itidem ſecundi gradus allatis (vt Petri v. g. cum filia fratris ſui ſeu nepte ex fratre;) matrimonia in eo gradu contractu licita eſſe aſſeruerit. Adde quod Tom. 5. Ien. lib. *de cauſis matrimonialib.* expreſſe ſcribit: *Si in ſecundo gradu matrimonium ſit contractum, tolerari debere. Was geſchehen iſt / das iſt geſchehen. Hin iſt hin / wer kans wider ſo rein auffraffen / was verſchüt iſt?* Quis Lutheranus tā ſcrupuloſus fuerit, qui, his lectis, abſterreatur, quo minus in ſecundo gradu coniugium ineat? Hac ſua ſtultitia poterit Lutherus excuſare matrimonium etiam in primo gradu contractum. *Hin iſt hin / zc. Quod factum eſt, infectum reddi nequit.* Pulchre. Quò non progrediemur hoc ductore & doctore?



Quæritur XXXV. An Lutherus tam rigidus fuerit, ut, postquam per contradictionē euertit, quidquid de matrimoniis in secundo & tertio gradu delirauerat; adduci nequiuert, quo matrimonij in tertio gradu incundi potestatem faceret. Respondeo, longè à Luthero tantam inclementiam abesse; nam Iosepho Leuino tertij gradus fores clementer reseruauit. Et in Colloq. Germ. Tit. de *Matrimonialibus* ita scribit. *Wann einer heut zu Tage ein armes Mägdelein im dritten Grad auß Barmhertzigkeit begerte zunehmen / dem wolten wirs zulassen, Si quis hodierna die egenam puellam in tertio gradu ex misericordia connubio sibi iungere cuperet; ei facultatem concederemus.* En prædicandam benignitatem: quam, nihil dubito, Lutherus libenter quoque extendet ad illum, qui ex amore seu charitate huiusmodi spõsam sibi copulare uellet: quia charitas & misericordia sunt virtutes admodum cognatæ; & ex vtraque nascitur amor. Et huius suæ propensionis satis perspicua argumenta dat Lutherus cum in iisdem colloquiis eod. Tit. dicit; matrimonium, etiam in tertio gradu concedendū esse, si prius per copulam se cognouerint. Magnis quoque Dominis matrimonia in tertio gradu permitti; *Sed propter rusticos, in quarto gradu perstandum esse, ne & ipsi nuptias in tertio gradu expetant.*

Quæritur XXXVI. an si maritus propter furtum, aut aliud flagitium seu scelus, ab vxore sua aufugiat; illa teneatur eum sequi, & ab alio cõiugio incundo abstinere. Respondet Lutherus in Coll. Symp. Germ. titulo de *Matrimonio*; *teneri, si possit; sed non posse, cum maritus sit fur: hinc si & ipsa in alium locum profecta alteri nubat, matrimonium valere, & secundum hunc maritum in conscientia tuisum esse.* Nec moratur Lutherus illud Domini: *Qui dimissam*

*missam duxerit, hoc est, etiam à marito suo superstite relictam; moechatur. Nempe, quod Lutherus vult & sancit, id rectum & æquum est: si contrarium voluisset, illud itidem iustum & legitimum foret. Similia Lutheri, Melanchthonis, Crucigeri, & Maioris Responso Matrimonialia, cum coniunx coniugem deserit, exstant Tom. 2. Nouorum operum, Editore Aurifabro. Et in Germ. Colloq. Sympos. Tit. de Matrim.*

Quæritur XXXVII. Vtrum Consistoriū Witebergense apud Lutherum Colloq. Tit. de Matrim. rusticum illum, qui mortuæ vxoris suæ sororem duxerat, ad carceres aliquot hebdomadib. simul cum ducta vxore, iure condemnauerit, & num rectè itidem pronunciarit, matrimonium hoc esse nullū & penitus inualidum. Respōdetur, rectissimè quidē hæc fuisse iudicata & decreta secundū iura vetera, & vsq; ad Lutherum fidelibus vsitata. Illud item æquissimum censeo, cum Prædicantem, qui has nuptias copularat, octiduoano carcere multandum censuerunt, at si nouum ius Lutheri spectare velimus, perperam iudicauit Consistorium, cuius & ipse Lutherus pars erat; Nam Lutherus in Serm. *de Matrimonio* dicit, *Matrimonium cum sorore vxoris tantummodo illicitum esse, viuente vxore.* At vxor rustici huius iam obiebat. Nihil ergo contra ius Lutheri rusticus iste commiserat, cum mortuæ vxoris suæ sororem duxit. Miror Prædicantem, matrimonij huius copulatorem, tam fuisse blennum & bardū, vt ex doctrina Lutheri se, sui que rustici Hymenæum non defenderit, Lutherumque Luthero & Lutherano Consistorio opposuerit, eo vsque donec Lutherus fateretur, se spiritu vertiginis agitatum ex eodem ore calidum & frigidum exspirasse; hoc est, vnum idemque modò affirmasse, modò negasse, vt li-

quet itidem ex Epist. ad Leonardū Beier / de simili casu matrimoniali in primo affinitatis gradu. Exstat Tom. 2. Nouorum operum fol. 348. b. Anno 1535. vbi iterum euertit, quod Anno 1522. in Sermone de Matrimonio afferuerat.

Quæritur XXXVIII. quid faciendum fuerit illi Ludimoderatori Francofordiensi, cum quo vxor eius amplius habitare nolebat, quando amore *Pradicanti* officij, Diaconus Lutheranus factus est; Dicitabat enim illa Iezabel. *Sie wolte keinen Pfaffen haben.* Respondet Lutherus in Colloq. Potatoriis Tit. de Matrim. *Ich spreche zu ihr / wenn sie mein Weib were / wiltu mir folgen / so sage bald / nein oder ja. Wenn sie spreche nein / so wolt ich so bald ein andere nemmen / vnd dise fahren lassen. Si mea esset vxor, dicerem illi; cito, aut annue aut abnue, num mihi obtemperare velis. Si abnueret, è vestigio aliam ducerem; & istam abire sinerem. I nunc, mea Canidia & clamita: Du wollest keinen Pfaffen haben.*

Quæritur XXXIX Vtrum iudicio Lutheri consultum foret, si clandestina matrimonia redderentur inualida. Respondet Lutherus in Colloq. Sympos. Tit. de Matrim. *Si clandestina matrimonia redderentur inualida: So wurde vielen vbel gewehrt vnd fürkommen. Multa mala vitarentur & impediretur.* Ecce, q̄ Lutherus optabat, id iam à Cōcilio Tridentino Sess. 24. c. 1. de Reformat. præstitū est. Quid amplius desiderat Lutherus?

Quæritur XL. Quid nomine *Clandestinorum* Matrimoniorum Lutherus intelligat. Respondeo, non tantum illa, quæ contrahuntur nullo teste præsentē, sed & illa quæ incuntur insciis aut inuitis parentibus, vt patet ex libro de causis Matrimonialibus Tom. 5. Ien. vbi  
Luthe-

Luthero omne illud clandestinum matrimonium est, quod clam parentibus contrahitur, licet alij testes adsint. Quo sensu Synodus Tridentina matrimonia clandestina non damnauit; imò in illos anathema misit, qui matrimonia in seclis aut inuitis parentibus contracta, nulla & inualida asserunt.

Quæritur XLI. Vtrum matrimonia clam, hoc est, vt Lutherus intelligit, sine parentum approbatione contracta sint valida. Respondeo, vix suppetere quod constanter ex Luthero ad hanc quæstionem responderi possit; nam vt in aliis plerisque Chamæleon fuit, modò hunc modò illum colorem induens, & omnes præter candorem, imitans; ita & in hoc Quæsito mirifica vertigine laborauit. Nam in Colloquiis Symposiacis Tit. *de Matrimonio*, passim clamitat; talia matrimonia esse inualida. Et tamen in eodem Titulo dicit se & suos Witebergenses semel duos coniunxisse *contra parentum voluntatē*, Pater nolebat, inquit Lutherus, *asserens se filia opera in rebus domesticis indigere. At ego respondebam; Multa reperiuntur ancilla Viteberge. Conducas aliquam. Et ita coniunxite eos in nomine Domini*, tametsi inuito & repugnante patre. Si matrimonium, inuitis parentibus, contractū, valet quando Lutherus est pronubus & copulator, cur non valeret sine Luthero, vel etiam obluçtante Luthero? Si matrimonium validum est sine consensu parentum; quando Lutherus consentit; cur inualidum esset, si Lutherus dissentiat? Qua ratione, quæso, hoc coniugium validè initum fuit, si, vt Lutherus docere videtur, consensus parentum matrimonij validè contrahendi conditio essentialis censeretur? An Lutheri voluntas efficere potest, vt voluntas parentum non consideretur; & voluntas Ecclesiæ Catholicæ tantum præstare

stare non poterit, vt matrimonium absque parentum approbatione initum, velit ac iubeat esse validum & legitimum?

Quomodo cum hoc Lutheri facto cohæret, quod in eodem Titulo Colloq. scribitur; Lutherum rogatum, an *Parochus sponfos, in seius ac inuitis parentibus, coniungere debeat*; respondisse; *Er solts in keinen Weg thun/ dann ers für kein Ehe nicht helt/ vnd hats also offentlich gelehret. Nullo modo; non enim esse matrimonium; Et ita palam Lutherum docuisse.* Non igitur fuit Matrimonium, quando Lutherus cum suis Symmistis illos, de quibus paulo antea, coniunxit: quia cōiunxit eos inuito & repugnante sponsæ patre.

Deinde Lutherus in eodem Titulo docet, etiam inuito patre, coniungi debere quendam adolescentem cum illa, quam imprægnauerat; Neque hoc tantum; *Sed & inuenem cogendum ad coniugij vinculum, si ei, quam vitiauerat, fidem matrimonij dederit; quidquid pater reclamet. Nam patrem ius paternum amisisse; neque ullam eius repugnantis habendam esse rationem: qui ex officio paterno debuerit dare operam, ne filius scortator fieret: quod cum non fecerit, meritò eum amissione iuris paterni in hoc casu plecti.*

Vbi iterum vides, valere matrimonium inuito patre contractum vel contrahendum, idque non aliam ob causam, nisi quia Lutherus ita vult ac iubet. Nam quod fingit *de amisso iure paterno*, ridiculum est. Quid enim dicit Lutherus, si pater filium probè instituit; filius autem institutionem non admisit, vt sæpe fit? Quid si filius institutionem quoque admisit, postea tamen à carne vel prauo sodalio seductus, & in præceptis abreptus, derepente hoc flagitium consciuit? Quid si filius se probum esse gnauiter finxit, osque patri subleuit; occultè

Vene:

Veneri & ventri indulgens? Num in his casibus Lutherus ad ius paternum amissum confugiet? Igitur, quidquid Lutherus tricetur & tergiverfetur, hoc Matrimonium aliter nec valuit, nec valiturum erat, nisi quia Lutherus voluit. Si noluiſſet; non valuiffet.

De eodem casu affimili fermè modò stultescit Lutherus in duorum Matrimonialium Thematum analyfi Tom. 5. Lat. Witeb. nisi quod latius hic loquitur; matrimonium valere dicitans, invito & renuente patre, quoties occulto contractui copula superuenit. *Si contingat, inquit Lutherus, ut post ictum matrimonij fœdus, clanculum commisti sint, non est iniquum, ut abdicata parentum potestate coadunentur.* Et cur hoc non iniquum? Quia Lutherus ita sentit. Si aliter sentiret, iam iniquum foret; quia Lutheri sensus ac voluntas, æqui ac iusti norma est. Cur innocens pater, qui nec de contractu, nec de copula filij quidquam sciuit, aut scire potuit; iure suo, quod alioqui, Luthero iudice, & legislatore, in liberorum suorum matrimonia haber, spoliari debet? An non videt Lutherus, quantam suis asseclis matrimonij clandestini, imò & scortationis ianuam aperiat? Nam si duo timeant, se à parentibus suis consensum non impetraturos, nihil expeditius facere poterunt, quàm ut sibi dent mutuam fidem, deque præſenti contrahant, contractumque mox copula confirmant. Quid hinc facient parentes, quibus nihil omnino potestatis amplius in illud matrimonium competit?

Accedit quod, ut Lutherus ipse aduertit ac monuit, hoc suum dogma aduersatur decreto diuino Exodi 22. ubi in huiusmodi casu patris iudicio liberi relinquuntur. Ita enim Legislator. *Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & ha-*

Hh

bebit

bebit uxorem. Si pater Virginis dare noluerit, reddat pecuniam iuxta modum dotis, quam Virgines accipere consueverunt.

Dicit Lutherus, id factum, quod tum temporis Virginitas non magni fieret; aliam nunc esse rationem, quando corruptam ducere pro summo dedecore habetur, ut ita posterior eius legis pars de patris in vitiatam Virginem potestate, periculosa sit & noxia puella; ut proinde non iniuria prior remaneat, ut is, qui violauerit, sibi in uxorem retineat. Sed Lutherus hic quoque luculentum specimen dat, quomodo scripturas tractare soleat: licet enim Virginitas in veteri testamento non ita per publicam professionem coleretur, ut nunc, neque tanti vita caelebs fieret, quanti nunc; attamen maximi fiebat, ut qui aliquam pro Virgine ducebat, re ipsa Virgo esset. Hinc signa virginitatis diligenter asseruabantur, ut discimus ex cap. 22. Deuteronomij, ut si fortè vir ab uxore sua, temporis successione, ab alienatus causari vellet, se eam non reperisse virginem; manifesto argumento conuinci posset; cum hac verborum formula: *Filiam meam dedi huic uxorem, quam quia odit, imponit ei nomen pessimum* (en tanti æstimata est virginitas, ut accusatio de violata virginitate, dicatur *nomen pessimum*, id est, facinus turpissimum) ut dicat; *Non inueni filiam tuam virginem: Et ecce hæc sunt signa virginitatis filia mea. Expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis, apprehendentque senes Urbis illius virum, & verberabunt illum, &c.* Vanum est ergo & sacris literis dissentaneum, quod Lutherus comminiscitur, *filiam vitiatam in arbitrio & potestate patris olim relictam fuisse, quod virginitas eiusque amissio parui penderetur; hodie autem magni æstimeretur, ac proinde patrem vitiatæ cum vitiatore matrimonium impe-*

*impedire non posse*; quia etiam à Iudæis maximi fiebat, ut quam pro virgine ducturi erant, verè virgo esset: Et æquè ac Christiani cauebant, ne hac in re deciperentur.

Præterea, cum Lutherus non semel doceat, etiam in sermone *de Matrimonio*, decreta Mosaica esse libera; poterit pater vitiatæ filiatæ contra Lutherum excipere, & dicere; se lege & scito Moyfis, hoc in casu vti velle; atque adeo vitiatori filiam tradere nolle. Quis coget patrem ab hac lege diuina discedere, cum ei, non nisi à Luthero edoctus, adhæreat? sed progrediamur ulterius.

Matrimonia insciis ac inuitis parentibus contracta, valida fuisse ante Lutherum, Lutheri ipsius iudicio, inde planum efficitur, quia in libro *de rebus & causis Matrimonialibus* quem scripsit Lutherus Anno 1530. Tō. 5. Ien. Germ. optat & obsecrat Luther. omnes magistratus, ut clandestina matrimonia h. e. insciis & inuitis parentibus inita, (hæc enim sunt Luthero clandestina) *irrita reddat, & in nihilum redigat*. Valebant ergo antea; nam si valida non fuissent, quid opus erat, ut Lutherus tam sollicitè ea inualida effici postularer? Num Magistratus politicus Lutherum exaudierit, nescio. Hoc scio, & fusè probatur à Bellarmino lib. de Matrimonio c. 19. sine parentum consensu, si cætera adsint, matrimonium constare, neq; politico magistratui ius & fas esse, ea dirimere, & si dirimat, & coniugibus ad alias nuptias transfundi copiã faciat; Polygamiã introducere; non tantũ illam, qua vnus vir plures simul vxores habet; sed & illam, qua vna mulier plures simul maritos; quæ est inaudita, & extra lupanaria, omnibus seculis inusitata



Polygamia. Nam si mulier, quæ in scis parentibus contraxit, à primo marito auellatur, aliumque ducat, duos iam habebit maritos; primum à quo abstracta est; quia hic verè & verus est maritus: alterum, cui deinde iuncta est; quia iste, saltem opinione & iudicio Lutheranorum, verus maritus est.

Quantum autem turbarum in Lutheranis castris exstiterit ex doctrina Lutheri quod matrimonium sine consensu parentum irritum sit, docebit te ipsemet Lutherus Epist. ad Spalatinum Tom. 9. Witeb. Germ. vbi disertè dicit, parentes, hac audita doctrina, *versos in Tyrannos. Et liberos in libertinos, patrumque contemptores*, postquam id illis per nouum Euangelium instillatum est, se iam nec Cæsareis, nec Pontificiis legibus in contractu matrimonij teneri,

Quæritur XLII. quid faciendum, si parentes filium aut filiam matrimonio iungere nolint? Respondet Lutherus in Analyfi duorum Thematum matrimonialium; *perinde faciendum esse, atque si non essent parentes, aut è viuis excessissent: potestq; se libere, cui voluerit, matrimonio iungere puer. Tum verò non paternè se gerunt, vbi adultos viderint liberos, idoneosque ad coniugij statum, neque, ut eò perueniant, iuuant, sed potius eos porrò dimittunt ita pergere, aut cogunt ad castimoniam vita, quemadmodum Nobiles nostri egerunt, dum suas Cænobis intruserunt gnatas. Nam parentum interest, nouisse, hominem ad Matrimonium conditum esse, ut fructus ventris sui producat & educet, quemadmodum arbor, ut vel poma vel pyra aliosue fructus proferat, creata est: vbi summa, admirandaq; gratia Dei, naturam non abalienarit, aut impediuerit. Quare interest eorum, ut filiis suis ad ineundam matrimonij copulam opem ferant: Incontinentia periculo liberent; quod, si non faciunt, parentes*  
iam

iam non ſunt. Iam & puer ſeipſum deſpondere debet, paren-  
tum tamen antea patefactâ & lamentata negligentia, ſequē  
incontinentia ereptum, Matrimonio, ad quod conditus eſt,  
dedere, ſive parentibus, ſive amicis, vel inimicis placeat, vel  
diſpliceat.

### Antipharmacum.

CVR hoc ita faciendum? Quia Luthero ita libuit.  
Si aliud & aliter libuiſſet, aliud & aliter agendum eſſet:  
obſerua autem egregium finem, ob quem creatus eſt  
homo, ſi Lutherum audimus; nimirum, non vt Deo  
ſeruiat; & ſeruiendo vitam æternâ conſequatur; Sed vt  
liberos gignat, ſicut arbor producta eſt, vt poma & pyra  
ferat. Vt ergo arbor illa, quæ fructus non profert, inu-  
tilis habetur; ita & homo, qui non generat liberos. O  
eximium quinti Euangelij Euangeliftam. Ex quo iure  
quæras, quotonam anno Parens filium matrimonio  
iungere debeat, ita vt niſi faciat, poteſtate paterna exci-  
dat? Ait quidem Lutherus, *maſculos vigefimo; puellas  
decimo octauo atatis anno coniungi debere.* At quid factô o-  
pus, ſi prius libidinis æſtu vrantur, vt plerunque con-  
tingit; Num parentes adibunt, ſecretosque ſuos ignes  
patefacient? Honeſta ſane ratio, & admodum ingenuo  
adoleſcenti aut pudicæ puellæ conſentiens. Deinde,  
num ideo Lutherus parentes ſua poteſtate exuet, ſi fili-  
um aut filiam non ſtatim anno vigefimo aut decimo o-  
ctauo in matrimonio collocent?

Quæritur XLIII. num parentes ſuos filios omnino  
à matrimonio arcere poſſint; hoc enim ſequi videtur:  
*Nam ſi patri ius eſt, promiſſa & matrimonia filiorum ſuorum  
impediendi & diſſoluendi, ius etiam illi erit, vt omnino eis  
matrimonium vetet, & ad caſtitem cogat.* Reſpondet

Hh 3

Luthe-

Lutherus in Analyſi Thematum matrimonialium: Nullo pacto. Supra memoravi, hominem, non à parente ſuo, verũ à Deo creatum eſſe, vt edat, bibat, fructum corporis ſui habeat, vt dormiat, aliaque natura opera perficiat. Quorum permutatio in nullius manu conſiſtit. Quare differunt inter ſe; Matrimonium cum hac vel illa perſona impedire; & idem penitus abdicare. Etenim parens mandare poteſt, vt proles ſua ab hoc, vel illo, edendo & bibendo ſe abſtineat; híc, aut illic, in ſoporẽ ſe non collocet, iuberetamen non poteſt, vt impranſus, incœnatus, impotus & inſomnis permaneat: in dũ ſua intereſt, vt de cibo, potu, ſomno, victu & amictu, adcoque de omnibus neceſſariis, quàm optimẽ ſoboli ſua proſpiciat. Quod ſi minus præſtiterit, non amplius parentis officium exequitur, pueroque iam incumbit neceſſitas, vt hac ſibi ipſe comparet.

### Antipharmacum.

Hic iterum vides finem, ob quem, Luthero Indi-  
 ce, homo creatus eſt; nempe, vt edat, bibat, fructum  
 corporis ſui habeat, vt dormiat, & alia natura opera perfi-  
 ciat. Ex quo conſequitur homines, ſecundum Lu-  
 therum, viuere vt edant, bibant, dormiant, non edere,  
 bibere, dormire, vt viuãt. Quis neget hunc tam ſublimẽ  
 prophetam altius in cœlũ euectum, quàm ipſum ſanctũ  
 Paulum? Nunquam enim tam abdita nobis protuliſſet,  
 niſi ſupra omneſcœlos in vacuum illud & inane inſini-  
 tũ quod extra cœlos eſt; abductus fuiſſet. Sed quid ſi pa-  
 rens cum filio Sophiſticẽ ageret, diceretque; Non pro-  
 hibeo tibi matrimonium, ſed cum hac & illa, & illa, & illa, &c.  
 vel diſſunctim, cum illa, vel illa, vel illa, &c. & interim  
 nul-

nullam ſignatè denotaret; vel indefinite ſolummodo; cum aliqua. Quò filius ſe vertet? Num ad Magiſtros ſuppoſitionum confugiet, vt illi inde aliquam determinatam ſponſam exſculpent?

Quæritur XLIV. Vtrum pater poſſit filium cogere ad matrimonium cum hac vel illa perſona, quam odit & auerſatur? & num filius obtemperare teneatur? Reſpondet Lutherus in Analyſi duorum Thematum Matrimonialium, Si hæc res apud Chriſtianos tractetur, illicet conſultum eſt illi: nam verus Chriſtianus non auerſabitur matrimonium coactum, facietque, ceu, qui inter Turcas, vel alias hoſtili manu deprehensus, cogatur amplecti, quam vel Turca, vel hoſtes illi offerrent; æquè atque ſi illum vel perpetuò in carcerem compingerent, vel mari ad nauim onerariam catenis conſtringerent.

Nec te, quod obiicies iuuabit, nempe; Ex coactò matrimonio naſcetur odium, inuidia, latrocinium, omnia tandem deploratiſſima. Nam illicet Chriſtus reſpondebit. Id, ſi curatum velis, mihi demandes; quid mihi non fidis? ſi meo præcepto morem gereres, ego belle curare poſſem, vt nihil huius, quod ipſe times, eueniat, ſed potius tota ſalus & felicitas exoriatur. Tun' ob incertum futurum datum, certum fortunatumque præceptum transgrediere meum? Aut ſcelus tibi perpetrare cordieſt, vt bonitas eueniat, &c. Attamen imbecillioribus Chriſtianiſ, qui huic Chriſti præcepto reſpondere nequeunt, conſulerem, vt fidorum amicorum opem apud Principem, Conſulem, Primorem implorent, quo parentum plus quàm temerarium nefas, diabolicaque viſ deprimeretur, & puer ab illis ereptus ſua libertate fruereſtur, parentes verò ad verum paterni iuriſ uſum compellerentur, Tametiſ enim Chriſtiani ſit

In libro de rebus Matrimonialibus Tom. 5. Ien. Germ. Anno Chriſti 1530. longè aliter hæc de re canit Lutherus.

iniu-

*iniuriam ferre non iniquo animo; sublimioris tamen potestatis est, huiusmodi iniuriam tunc punire tunc arcere, adeoque ius in suo conseruare precio & honore.*

### *Antipharmacum.*

QVAM bellus est Lutherus, & quàm concinnus *Castus*? Si parentes adultos filios non collocent in matrimonio, & vt collocentur, elaborant, potestate paterna excidunt; iudice Luthero; at si parentes *per temerarium nefas, per vim Diabolicam, ac tyrannidem*, liberos aut absolutè ad matrimonium, aut ad matrimonium cum hac vel illa persona cogant; matrimonium constabit, nec parentes potestatem suam hac violentia amittent, nec Christianè aget filius, si tantæ coactioni se non subiciat: Et si imbecillioribus & in Christiana religione minus prouectis, hanc gratiam Lutherus facit, vt rem ad Magistratum deferant; quo parentes ab huiusmodi inceptis reuocet.

Sed nil opus longis verborum ambagibus. Aut parentes talia iustè agunt, aut iniustè. Si iustè; filius obedire debet, nec magistratus se interponet: Si iniustè; filius, etiam sine magistratus auctoritate; ab obsequio liber est: Et si metus, qui incutitur, eiusmodi sit, qui in virum constantem cadat, matrimonium irritum erit; quidquid deliret Lutherus. Qui dum potestatem parentum in matrimoniis filiorum contrahendis ultra metas suas extendit, inextricabiles nodos sibi nexuit; ita vt modò hoc, modò illud affirmet; idque, quod parentibus immeritò tribuerat, mox iterum auferat; & vbi abstulit, rursus transcribat, si noua interim vertigo caput occupet; nam & in Epistola ad Spalatinum Tom. 9. Witeb. Germ. agens de controuersia quadam matrimoniali

moniali, expresse dicit, *Si parens filia sua nolit potestatem facere, ut tali nubat, filiam debere ac quiescere; neque aliud remedium superesse, mandatque Spalatino, ut huiusmodi lites abs se amandet & ad politicum magistratum ableget.*

Quæritur XLV. *Vtrum tutores eadem potestate præditi sint circa matrimonia suorum pupillorum, qua parentes? Respondet Lutherus in Colloq. Symp. Tit. de Matrim. negativè quia tutores non sunt caro & sanguis pupillorum. Quapropter proximi consanguinei ut fratres, &c. meritò illis anteponuntur. Nihilominus tutoribus cogitatio seu Consilium de matrimonio indicari debet. Si non consentiant, non obstat eorum dissensus. Imò etiam si ipsis inconsultis & insciis matrimonium initum sit, pro valido reputari debet.*

### *Antipharmacum.*

HÆC omnia Lutherus ex malè feriato suo cerebro; sine vlla scriptura, qua tamen sola omnia in causis matrimonialibus definienda & transigenda in Serm. *de Matrimonio* docuerat; ut & in Catalogo de gradibus & personis interdictis. Deinde Lutherus, ut infra audiemus, passim clàmitat, *matrimoniales causas ad se & alios Prædicantes non pertinere: Magistratui competere, ut hæc talia legibus temperet ac gubernet: Interim velut alter Lycurgus aut Solon ex Prædicantico suo tripode leges connubiales dicat, & hoc matrimonium valere; illud irritum esse, audacissimè pronunciat.*

Quæritur XLVI. *Quis sit legitimus causarum & controuersiarum matrimonialium Iudex: num Prædicantes; num magistratus politicus? Respondeo hîc iterum Lutherum Protei personam mirificè in publica Orche-*

straagere. Nam in Colloquiis Germ. Tit. de Matrimonio disertè scribit; *causas matrimoniales non tangere conscientiam; sed pertinere ad civilem magistratum; Quocirca Prædicantes ab illis abstinere debere; nisi Magistratus aliud iubeat.*

Fol. 308. ita scribit. *Parochus N. misit ad me causam quandam matrimonialem mea sententia exploranda causa. Dem wil ich eine gute Saw geben / daß er mich in solche Händel wicklen vñnd mischen wil / die vor die Weltliche Obrigkeit gehören / 2c. Nos sumus Pastores conscientiarum, non corporis & bonorum: nemo in huiusmodi peregrinas & plane radiosas causas falcem suam mittat.*

Fol. 318. aliquot causas commemorat, cur Prædicantes onus causarum matrimonialium non debeant suscipere. Idem longè copiosius & vehementius facit Lutherus lib. de rebus matrimonialibus Tom. 5. Ien. Germ. Quamuis loco citato colloquiorum Lutherus satis indicat, cur à se & suis causarum matrimonialium cognitionem procul abesse voluerit; quia Saxoniae Cancellarius cupiebat, vt Lutherus cum suis Prædicantibus lites matrimoniales examinaret; Examinatasque ad Iureconsultos deferret; & ab illis sententiam expectaret; **Das wolt ich nicht thun / sonder sie solten hören / vñnd Urtheil von vns gewarten.** Absit, absit, vt Lutherus, quintus Euangelista, & tertius Helias, ab vilo sententiam accipiat. Absit, vt ipse litem tantum cognoscat, & non definiat. Absit, vt Iureconsultis caput submittat. Quam inconsideratus fuit ille Cancellarius, quando hoc à Luthero petiit.

Fol. 319. iterum ablegat Lutherus causas matrimoniales ad curiam. Et refellit nonnullos, dictitantes; causas matrimoniales non esse decidendas ex legibus  
Cæsa-

Cæfareis, quia ſcriptum eſt; *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*: nam quando Cæſar aut magiſtratus ſeparat, non hominem, ſed Deum ſeparare; vobis enim *homo*, ſignificare hoc loco *hominem priuatum*, qui nullo magiſtratu fungitur. Et tamen, quando Eccleſia aliquos ſeparat; Lutherus ſemper occentat illud: *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*: nec adduci poteſt, vt credat, Deum tunc, non hominem priuatum, ſeparare. imò ſi quis magiſtratus, etiam politicus, etiam ille, ſub cuius imperio Lutherus degebat, & omnia miſcebat, Luthericum ſua Borra matrimonium ſeparaffet; Lutherus per totam Germaniam vociferatus fuiſſet. *non Deum ſed Diabolum ſeparaffe, quod Deus coniunxiſſet*; Et dictio illa, *homo* ei non Deum, ſeu magiſtratum Dei miniſtrum; ſed *Cacodæmonem* denotaſſet.

Vt ad inſtitutum redeamus, ſi Lutherus à ſe & ſuis gregalibus cauſarum matrimonialium cognitionem & moleſtiſſimam occupationem tam ſeriò amotam cupit; cur in Colloq. fol. 316. gaudet, *Conſiſtoria iterum eſſe erecta, præcipuè ob contentiones de coniugiis dirimendas*? At inter Conſiſtorianos illos erant quoque Prædicantes, imò & ipſe Lutherus: & vbi nam hodie Lutheranum Conſiſtorium inuenies, quod Prædicante Aſſeſſore careat? Deinde, ſi Lutherus ab his litibus tam alienus fuit, cur non tantum Conſiſtorio interfuit, ſed ſuos interreſſe fuit? Nec hoc tantum; ſed & ad Conſiſtoria citauit; & ne hoc neſciremus, citationes ipſis colloquiis *potatoriis* Tit. de Matrimonio inſertæ ſunt.

Adhæc, Lutherus in Sermone *de matrimonio*, & in Colloquiis eod. Tit. Matrimonium prope ſupra omnes Angelorum choros extollit: remque *prorſus diuinam, & verè ac propriè ſpiritualem ſtatū eſſe affirmat*. Qua fron-



te igitur Lutherus statum tam cælestem, politico magistratui subiicit? Qua ratione affirmat, statum tam diuinum nō pertinere ad conscientiam, sed ad forum & curiam, ceu rem mundanam & politicam? Cur in libro de caussis matrimonialibus Tom. 5. Ien. Germ. Anno Christi 1530. vult omnes matrimoniales contentiones ex legibus Cæsareis definiri, cum matrimonium, res tam diuina, Luthero iudice, leges Cæsareas, vtpote humanas, longissimè transcendat?

In Captiuitate Babylonica, cum nec dum satis lumine ex inferis sedibus emisso collustratus esset, de iudice controuersiarum connubialium vel hæsitauit, vel certè se hæsitare finxit; Disputans enim, vtrum ei personæ, quam coniunx deseruisset, aliud matrimonium concedi deberet: *Ipse non audeo definire, inquit. Nihil definio, ut dixi, quanquam nil magis optem esse definitum, cum nihil magis me & multos mecum vexet hodie.* Paulò pòst tamen in sermone de *Matrimonio*, liberrimè, ne dicam teterimè definiuit id, à quo definiendo se religione abstereri simulabat. Satis tamen aperte in Captiuitate indicat, cuiusmodi definitorem desideret. *Sola auctoritate Papa, aut Episcoporum hic definiri nihil volo; sed si duo eruditi & boni viri in nomine Christi consentirent, & in spiritu Christi pronunciarent, eorum ego iudicium præferrem etiam Conciliis.* Scilicet duo isti *Eruditi & boni viri* fuère ipse Lutherus & Philippus, qui suo Phantastico & Enthusiastico spiritu inspirati non tantum deserto coniugi amplam alterius matrimonij incundi potestatem fecerunt; Sed & plurima alia circa matrimonialem contractum Iudæis, quam Christianis magis consentanea decreuerunt.

ia-

Si autem Lutherus *duos bonos & eruditos viros* inter se concorditer conuenientes in hoc casu, qui Lutheri iudicio, grauissimus est, pro congruis iudicibus agnouit, causæ nihil habet dicere; cur siue eosdē siue alios duos *eruditos & bonos viros*, non in aliis itidem controuersis matrimonialibus, tanquam legitimos iudices, amplectatur; ita fit, vt si paucis nosse velis, quis fuerit Iudex causarum matrimonialium, quando Lutherus librum de Captiuitate Babylonica exarauit; Respondendum fit; Duos eruditos & bonos viros, hoc munus obuisse: donec tandem & ipsi à Luthero abdicati sunt, reiecta hac functione ad Magistratum politicum. Quamuis, vt erat Lutherus suis in assertis varius ac inconstans, Anno quoque 1530. in libro de Matrimonialibus causis Tom. 5. Ien. iubet, vt si perplexus & intricatus casus exoritur, deligantur *vnus vel duo boni viri* (quales Lutherus & Philippus, Ionas & Spalatinus) *eorumque sententia acquiescatur, etiamsi punctum iuris non omnino tangerant*; vel etiam à foribus totius iuris aberrent.

Quæritur XLVII. Vtrum hæc verba: *Ich wil dich nemmen / Ich wil dich zu einem Weib haben* / sint de futuro, an de presenti. Respondet Lutherus lib. *de causis Matrimonialibus* Tom. 5. Ien. Germ. & in Colloquiis potatoriis Tit. de Matrim. *esse verba de presenti non de futuro: quia nullus Germanus futurum intelligit, quando ita loquitur. Ich wil dich haben oder nemmen: Denn man spricht nicht / Ich werde dich haben: sed ich wil dich nemmen oder haben. Et intelligitur de presenti, idemque est; quod, accipio te.* Similes hæc de re stultitias effutit Lutherus Tom. 9. Witeb. Germ. in Epist. ad Spalatinum de controuersia quadam matrimoniali.

*Antipharmacum.*

SANE plusquam mirum est, Lutherum in his formulis: Ich wil dich nemmen / Ich wil dich zu einem Weib haben; non potuisse videre tempus futurum. An idem est; Ich wil dich nemmen. & ; ich nemb dich. Non magis; quàm Latine; *Accipiam te*: Et, *accipio te*. Non magis, quàm idem sunt: *Inuito te ad prandium; donabo tibi decem aureos*: quàm *inuito te ad prandium; dono tibi decem aureos*. Et vt Latinis hæc diuersissima sunt; Sic & Germanis: Ich wil dich zu Gast laden. Ich wil dir zehen Gùlden schencken: Et; Ich lade dich zugast. Ich schenck dir 10. Gùlden. Sic altera illa formula: Ich wil dich zu einem Weib haben. *Volote habere in uxorem*, Etsi propius ad præsens tempus accedit; tamen consideratis circumstantiis, quibus profertur, non magis præsens significat; quàm si dicam: Ich wil dich zugast haben. Ich wil dir zehen Gùlden schencken.

Quod verò Lutherus obiicit; *Vulgus tam subtile non esse vt distinguere norit inter, Accipio & Accipiam*; nescio de quo vulgo Lutherus loquatur. Vulgares certè apud nos, etiam rudissimi, probè cognitum habent discrimen inter hæc duo. *Do tibi decem florenos. & dabo tibi 10. florenos. Do tibi colaphum; Et Dabo tibi colaphum. Accipio panem; Accipiam panem. Ich nim Brot / Ich wil Brot nemmen. Ich is. Ich wil essen.*

Quæritur XLVIII. quæ nam sint verba de futuro secundum Lutherum in contractu Matrimoniali. Respondet Lutherus loc. cit. *quando appenditur aliqua conditio; vt, ducam te si biennium vel triennium exspectare*

ſpectare voles. Ducam te, ſi parentes tui conſenſerint.

### *Antipharmacum.*

Ex hoc delirio Lutheri ſequitur, non eſſe verba de futuro; Si dicam: *Inuitabo te ad prandium, Donabo tibi decem aureos; niſi quis hanc conditionem addat; Si per unam vel alteram hebdomadem exſpectare velis; Si parens meus conſenſerit.* At quis tam rudis ac imperitus eſt qui non videat prædicta verba, etiam ſine iſtius conditionis adiectione eſſe futuri temporis?

Quæritur XLIX. Vtrum Calvinianus poſſit ducere uxorem Catholicam. Reſpondet Calvinus Epift. 103. ad Sozinum. *Cum uxor non alia lege ducenda ſit homini Chriſtiano, niſi ut ſe illi ad omnia pie vitæ officia adiutricem præſtet ac ſociam; ubi ab hoc ſcopo vel minimum aberratur, non dubito, quin vitioſum ſit coniugium. Is porro, qui uxorem ducit impiis Papatus ſuperſtitionibus adhuc implicitam, quid aliud, quam profanationem in domum ſuam inducit? Nam, ſi corpus viri eſt uxor, excuſari certè non poteſt, qui mulieri ſe adiungit quotidie ad peruerſos cultus ſe proſtituenti; ut ipſe quodammodo dimidia ſua parte inquinetur. Superſedeo dicere, quod ſi quis talem ducat uxorem, conſecrare malis auſpiciis nuptias cogetur.*

Item Calvinus Epift. 104. ad eundem Sozinum. *Homini Chriſtiano, id eſt, Calviniſtæ, fas eſſe nego ſe uxori adiungere, qua ſit à Chriſto ( hoc eſt, à Calvinismo, hic enim Caluino Chriſtus eſt.) aliena. In eo autem numero ſcimus eſſe omnes Papiſtas. Qui licitum ſibi eſſe putat eam accipere, qua adhuc multis erroribus tenetur implicita, modò iuſtiam in Chriſto ſuam querat; non animaduertit, quantis poſtea in rebus futurū ſibi cum illa ſit diſidium. Nemo igitur, me*  
auctore

auctore, hoc periculum adibit: quin potius has mea sententia est, nec piè, nec in Domino matrimonium contrahere, qui aliam sibi sociam adsciscit, quàm quæ diuortium prius cum Papa fecerit.

Quæritur L. Num Calvinistæ cum Catholica persona matrimonium censerit debeat ratum an irritum? Proposuerat Caluino hanc quæstionem Lælius Sozinus; quia Caluinus videbatur tale matrimonium non modò vt illicitum, sed etiam vt inualidum damnare. Respondet Caluinus. *Sicuti mutuis utriusque partis consensus requiritur, vt ritè Dei nomine & auspiciis consecrentur nuptia: ita si quis ab officio declinet, non desinit tamen legitimum esse coniugij vinculum, quo alter alteri obligetur. Leuitatem meritò quidem improbabis, fidem tamen datam non soluit.*

### *Antipharmacum.*

H A S quæstiones cum responso Caluini proponere volui, vt rubor incutiatur nonnullis Catholicis, qui tam facilè vel ipsi contrahunt, vel alios contrahere matrimonia cum hæreticis sinunt, cum Caluinus tam rigidus fuerit, vt nullo pacto suos cum Catholicis conubio iungi voluerit; sed verum est illud Domini:

*Filios huius seculi esse prudentiores in generatione sua filiis lucis.*



APPEN-



## APPENDIX.

## DE RITV NVPTIA.

## LI APVD NOVATORES EX LI-

BRO DE MATRIMONIO ERASMI

Sarcerij Lutherani Prædicantis & Su-  
perintendentis.

**A**D calcem huius *Summula* visum est adii-  
cere ex Sarcerio, quo modo & ritu *Quint-*  
*euangelici* nuptias celebrent; Utinam  
Sarcerius Latine scripsisset; quò huius  
rei notitia ad plures perferretur. Sed quia  
Germanico Sermone usus est, quem La-  
tine assequi, difficile: saltem consultum erit; vt Germa-  
ni intelligant, quàm sanctè & Euangelicè Euangelici isti  
matrimonia sua auspicientur. Nec est, quòd de fide Sar-  
cerij ambigas. Prædicans Lutheranus & Superintendens  
fuit. Quæ oculis quotidie vsurpabat, forsàn, quæ  
& gerebat, in literas retulit. Nunc au-  
di Prædicantem cuius narratio-  
nem in erotematia conii-  
cere libuit.

## I. Gehn die Lutherischen Hochzeit- Leut auch gen Kirchen?

Ja, aber nicht allenthalben. Denn es ist an etlichen orten ein sträfflicher Brauch / daß man bald auff die Vermählung ein grossen Wul / vnd wüstes Gefress anrichtet / vnnnd bald dieselbige Nacht die zwey versprochenen Ehemenschen zusammen gelegt / darauff erst nach etlichen Wochen zur Kirchen gehet. Welches doch nicht anders ist / denn ein vnmächtige Begierde / vnd ein Anzeigung / daß du bald klein achtest die Benediction gleich wie der Esau / vnnnd in der Ehe nichts dann fleischlichen Lust suchest.

## II. Sagan / wie gehn die Newglaubigen in ihren Hochzeiten gen Kirchen? Schleichet kein Mißbrauch mit ein?

Der Teuffel hat sich hie auch eingemischet / vnd wo er gleich nicht vermag / daß man die Ordnung des Kirchgangs gar vnterlasse / vnd verachte / da vermag er doch / vnd richtet an / daß man die Ordnung für nichts helt / vnd sie mit allerley Leichtfertigkeiten besleckt. Dererley istts / daß die Hochzeit Leut am morgen früe anheben Suppen essen / vnd sauffen / darob sie sich biß in die halbe Predigte verspäten.

## III. So sihe ich wol / sie kommen erst zu der halben Predigt?

Ja freylich / vnd wolte Gott / daß sie doch das ander halb Stück andechtig hören. Dann / wann sie schon  
schon

Schon in die Predigt kommen / so sind sie halb / etliche auch gar vol. Darumb achten sie weder des Predigens noch Betens / sondern stehen nur da / von Gewonheit wegen. Solche kommen auch zur Kirchen mit aller Hoffart vnd Vnmaß, der Kleider vnd Zierden beschissen. Sie kommen mit einem grossen Getümmel vnd Geschrey der Pauken vnd der Drummen / damit sie die ganze Kirchen verwirren / vnd in Göttlichen Geschäften verhindern. Sie kommen in des Herren Haus / als in ein Kauffhaus / iren Kram aufzulegen / vnd sich feil vnd zu Schanden vnd Büberey zubieten. Vnd bald wie sie zur Kirchen kommen / also ziehen sie wider von der Kirchen / sicher / verfert / in schendlichem Pracht / vnd Vppigkeit.

#### IV. Wie verhalten sie sich nach dem Kirchgang?

Nach dem Kirchgang wird bey vilen nicht weniger Vnrads geübt / denn gleich auch im Kirchgang. Denn wenn man von der Kirchen heim kompt / da gehet es erst an ein Wülen mit fressen vnd mit sauffen. Der Armen wird nimmer gedacht. Vnd man verthut allda auff einen Tag / daß die zwey newe Thesenschē des zur Nothurfft ein halb Jahr genug herten / Die zeiten Noe auß dem Euangelio / vnd der reiche Mann vnd Lazarus / haben da weiten Platz.





## V. Wasz thun sie nach dem essen?

Nach dem Mahl vnd Essen geht es erst an ein Wüst  
 Unsinnig / Vnzüchtig Wesen. Denn man führt die  
 Braut herauß an einen offnen Tanzplatz. Da erhebt  
 sich denn ein solch rennen/lauffen/vnd durcheinander  
 zwirbeln / Da sibet man ein solch fleischlich Auffwerf-  
 fen / vnnnd entplößen der Weidlin / daß iemands ge-  
 dencken möchte / daß dise Tänzger hetten alle Scham  
 hinder die Ohren geschlagen / weren lauter alle Tanb  
 vnd Unsinnig / vnd sprungen sanct Veits Keyen. Da  
 muß die arme Braut allen Tänzgeren Fuß halten / nie-  
 mande mit zuherscheln abschlagen / er sey gleich wie  
 schiebig / wüst / truncken / grob vnd vnuerschämpt er-  
 wölle. Da mus sie offte vil vnrats / vnd vil Vnzüchten  
 hören / vnd sehen. Vnd das schülen vnd balzen weret  
 biß zu dem Nachessen.

## VI. Wie gehet es zu in dem Nacht- essen?

Im Nachessen gehet es so vil wüsterer / vnmesziger  
 vnd vnzüchtiger zu / so vil vnshamhaftiger vnnnd  
 trunckner der Abend denn der Morgen ist.

## VII. Was thut man nach dem Nachessen?

Nach dem Nachessen muß es aber auff ein newes  
 gegumpet vnd gehoppert sein. Vnnnd wenn die jungen  
 Ehemenschen schon ein mal auß dem Gewül / Ges-  
 schrey vnd Vnrat / müde vnd hellig / an ihr Ruhe Kom-  
 men/



*ne, ut fias mihi Demea, & Mitioni huic (id est, mihi Lutheri) tandem aliquam Sostratam (uxorem) pares, ut vindices in me, qui tibi uxorem dederim, ut dicunt. Sed ego pulchrè cauebo, ne id possis* Respondeo, Lutherum esse mentitum; nam præ se ferebat, quasi valde à connubio abhorreret; cum tamen ei nihil magis in optatis esset; sed viuo Friderico Electore, non ausus fuit libidini suæ palam indulgere. Quo extincto, statim apparuit, quàm Lutherus ab incestis nuptiis alienus fuerit. Simile Lutheri mendacium, inuenies Tomo secundo Latinarum Epistolarum, vbi postquam ab Argula Stauffensi de ducenda uxore monitus fuerat, hæc ad Spalatinum scripsit. *Hoc corde, quo hæcenus fui, & modò sum, non fiet, uxorem ut ducam, non quòd carnem meam aut sexum non sentiam, cum neque lignum, neque lapis sim, sed animus alienus à coniugio est, cum expectem quotidie mortem, & meritum Hæretici supplicium.* Tu dixisti. Non habeo, quod ultimo huic capiti contradicam, Hæreticus es, & te ipso teste, hæretici supplicium meritus.

Quod ad nuptias attinet, prædicta scribebat Lutherus Witeb. Anno M. D. XXIV. Die S. Andreae. Anno autem sequenti M. D. XXV. in Iunio id est, post sex menses, & aliquot dies, Catharinam Borrham Monialem sibi copulauit. Ex quo manifestè elucescit, quàm vera sint illa, quæ de auersione sua ab vxorio iugo ad Spalatinum suum scripserat.

Quæritur II. Vtrum Lutherus vsque ad flagitiosum suum Hymenæum castè vixerit. Respondeo, alterutrum necessariò dicendum; nempe, aut Lutherum impudentissimè mentitum esse, quando de castitatis impossibilitate ea scripsit, quæ in Sermone de Matrimonio Tom. 5. Lat. Witeb. Et in Epistola ad Reisenbuschium Tom. 2.

Lat.

Lat. Epist. (ex quibus frustula nonnulla in Quæstionib. de Matrimonio suprâ lectoribus apposui) quilibet legere poterit: Aut Lutherum à pubertate semper fuisse hircum, & carnis mancipium. Si quis tamen vtrunque, tanquam veritati consonum, affirmare velit, cum hoc ego nequaquam litigabo.

Quæritur III. Quando Lutherus duxerit vxorem. Respondeo hoc & alia eodem pertinentia breuiter & compendiose nobis denarrari ab ipso Luthero Tom. 2. Lat. Colloq. Tit. *de morbis Lutheri*, vbi ipse Lutherus. Anno 25. *in seditione rusticorum 12. Iunij vxorem duxi.* Anno 26. 7. Iunij *primogenitus Ioannes procreatus est.* Anno 27. *Elisabetha filia.* Anno 29. *Vigilia Ascensionis, Magdalena.* Anno 31. 7. *Novembris, Martinus.* Anno 33. 28. *Ianuarij Paulus.* Anno 34. *Margaretha.* En hîc exigua in Epitome habes cû gallo & gallina pullos omnes; Quo certè fœtu Heliam, Ioannem Baptistam, & ipsum Paulum (cum his enim Lutherus à Prædicantibus comparari solet) longissimo post se interuallo reliquit. Nul- lus illorum huiusmodi genealogiam contexere potuit.

Quæritur IV. Qualem Lutherus sœminam sibi iunxerit. Respondeo hoc nobis à Luthero explicatum dari Tom. 2. Epist. Lat. in Epist. ad Lincum. *Dominus me subito, aliâq; cogitantē coniecit mirè in coniugium, cum Catharina Borensi, Moniali illa.* Obtēperavit ergo Lutherus veteri illi monito: *Tu tibi iunge parē: Monacho Monacham.*

Quæritur V. Quid sibi velit hoc vocabulum, Mirè, quod vsurpat Lutherus. Respondeo, mira ista *mirissîma* te intellecturum ex primo spiritu Anatomix Lutheri quam D. Pistorius instituit. Vide huius Spiritus Azoaram VII. vt & tu mira ista admireris; quorum summa est, Lutherum sedecim diebus prius nuptias con-

consummasse, quàm nuptias publicè celebrauerit. Sed, vt dixi, Pistorium consule. Ex quo etiam disces, quid sibi velit illud à Luthero usurpatum; Subitò. Tametsi hoc etiam Lutherus nobis vtrunque explicat Tom. 2. Lat. Colloq. *Ego consulo, vt factis sponsalibus, quàm citissimè properetur ad nuptias, differre enim valde periculosum est, &c. & nisi ego clam celebrassem nuptias (12. Iunij) omnes impediissent, quia omnes amicissimi clamabant, non illam, sed aliam.* Postea tamen 27. Iunij publicas hoc est, secundas, easque innuptas nuptias celebrauit.

Properauit autem Lutherus obsecutus suæ doctrinæ, quam ad Spalatinum perscripserat paulò ante suas nuptias, In Vigilia SS. Trinitatis 1525. vt habetur Tom. 2. Lat. Epist. fol. 293. b. *Nocuit differre paratis & periculum est in mora, Nachtfrist/ Jahrfrist. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Vbi consulueris, maturato facto opus est.* Huic ergo doctrinæ suæ Lutherus fideliter morem gerens, moram omnem abrupit.

Cæterum miris aliis hoc etiam mirum accedit; quòd Lutherus alia omnia cogitans, in hoc cõmentitium coniugium coniectus est. Nec satis exputare mecum queo, quæ nam sint ista; *Alia omnia*; quæ Lutherus cogitabat, nisi fortè fuerint *Mors, & promeritum Hæretici supplicium*, de quibus duobus in Epistola ad Spalatinum, de qua supra. Quod si Lutherus in sui coniugij contractu vsq; adeo ab omni ad rem præsentem faciente cogitatione abstractus fuit, vt omnia alia potius, quàm hoc, quod agebat, cogitaret occasionem dabit amicis suis, *Iuristis & Canonistis* suspicandi, matrimonium illud per somnium coaluisse, atque adeo nullum atque inualidum fuisse. Quid enim tam ad matrimonium requiritur, quàm liber & deliberatus consensus?

Quæ-

Quæritur VI. Cur Lutherus duxerit vxorem. Reſpondeo, occultas cauſſas non eſſe tam occultas, quin à quouis paululum intelligentiore intelligi queant, præfertim ſi quis Sardanapalicam Lutheri doctrinam in mentem reuocet. Si quis tamen illas in vnum colligere velit, quas Lutherus nobis ore & præconio ſuo manifeſtas eſſe voluit, tres reperiet, deſumptas ex Epiftola ad Amſtorſium Tom. 2. Lat. Epift. fol. 295. quarum prima; quia Lutherus *ſperabat ſe breue tempus adhuc victurum.* Ne igitur planè hoc breui tempore vitæ ſuæ otioſus eſſet, negotium vxorium ſibi accerſendum exiſtimauit. Alij quo propius metam conſpiciunt, eò diligentius hæc omnia à ſe excutiunt; & tum maximè ad ſe pertinere exiſtimant illud Apoſtolicum: *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem.* At Lutherus vt in alijs plerique, ita & in hoc, contrariam viam iniit ac tenuit.

Alteram cauſſam eodem loco reddit Lutherus, quia *parenti ſuo*, homini ex infima plebis fece, foſſori Metalario; *hoc ſuo coniugio gratificari voluit*; ne ſcilicet tam ſancta *Luderorum* ſtirps cum Luthero intermoreretur. Et tamen ex ſex liberis, quos Luthero deteſtanda Monialis peperit, quæ poſteritas ſupereſt? Qui nepotes vel pronepotes Luthero ex Ioanne, qui ex Martino, qui ex Paulo ſuperant? Fieri poteſt, vt alicubi ſuperſint; at tam obſcuro & ignobiles viuunt, vt ne tenuis quidem fama ad nos quidquam de eorum ſtatu & conditione perferat, vt ita ſatis euidentis vltio Dei & maledictio in hac propagine eluceſcat. Tertia Lutheri cauſſa eſt, *vt facto & exemplo ipſo doctrinam ſuam conſirmet.* Eandem rationem reddit Epift. ad Stifelium Tom. 2. Lat. Epift. fol. 300. a. Nexus ergo & vinculum doctrinæ Lutheranæ eſt Matrimonium Monachi cum Moniali. Hoc cum ſtramentitium  
 Ll fuerit,

fuert, oportet, vt & doctrina Lutherana stramentitio vinculo sit colligata. Mirum verò dictu est, nullum ex Apostolis tali sigillo doctrinam suam obsignasse: nō Petrum, non Paulum; non Andream, non alios. Aliter omnes prædicationem suam confirmarunt; nimirum miraculis & sanguine; & perpetuo, saltem post Prædicandi munus susceptum, cœlibatu.

In Epistola ad Spalatinum Tom. 2. Epist. Lat. fol. 294. b. aliam reddit Lutherus causam sui fictitij matrimonij. *Os*, inquit, *obstruxi infamantibus me cum Catharina Borana*. Quasi diceret, antea infamis eram Monialis huius consuetudine: Sed famâ nondum satis certa. At nunc certam faciam, & quod antea occultius agebam; in posterum, omni pudore deposito, aperte agam.

Quæritur VII. Quos nam Lutherus ad nuptiale suum epulum inuitarit. Respondeo viros honestissimos, Apostatas Sacerdotes & Monachos, Spalatinum, Amstorfium, Lincum, similes de quibus vide Tom. 2. Epist. Lat.

Quæritur VIII. Quid Lutherus hoc suo putatio matrimonio commeruerit. Respondeo hoc planum fieri ex lege quinta *Cod. de Episcopis & Clericis*, quæ est talis *Si quis non dicam rapere, sed vel attentare tantummodo iungendi causa matrimonij sacratissimas Virgines ausus fuerit; capitali pœna feriatur*. Dices *Borrhæ à Lutero non fuisse raptam*: Respondeo I. vt pœna legis incurratur, satis esse, vt quis tentet Monialem sibi connubio copulare. At Lutherus hoc non tantum tentauit; sed *Borrhæ* Monialem re ipsa sibi iunxit. Deinde, an non rapuit Lutherus *Borrhæ* cum octo *Borrhæ* sodalibus, quando eius consilio & auxilio ex Monasterij septis euaserunt, & in Lutheranum solum, hoc est, *Witebergam* aduolauerunt?

runt? An non ei raptum meritissimo adscribimus, qui de raptu illo in Epist. ad suum Spalatinum Tom. 2. Lat. Epist. fol. 131. effusè gloriatur, & se singulis de conditione prospecturum pollicetur, quod quidem tam largiter præstitit, vt ipse vnam, nimirum Pornam, ex nouem illis non Musis, sed Eumenidibus sibi ducendam duxerit? Et de hoc raptu suo scripsit ad Spalatinum Lutherus Anno 1523. feria VI. Paschatis. In eodem volumine Epistolarum fol. 300. exstat Epistola ad Strifeliū, in qua ei hæc noua nunciat, Anno 1525. die S. Michaëlis. *Hæc note tredecim Moniales ex ditione Ducis Georgij afferre curauit & rapui Tyranno furenti hoc spoliū Christi.* Si is, qui vnam sanctimoniam rapit; in legem suprâ citatam summorum Imperatorum delinquit, & pœnæ capitalis in ea statutæ reus efficitur; quanto magis Lutherus læsæ huius legis reus censeretur; cum antea nouem; postea tredecim Moniales ex Monasteriis harpagauerit, eoq; factò publicè gloriatus fuerit, vt taceam innumerabiles alias eiusdem vel iussu, vel consilio, vel dogmate ad mundum, cui valedixerant, reuersas.

Sed en tibi aliam legem ex Codice Iuris Tit. de Episc. & clericis. *Raptores virginum vel viduarum, vel Diaconissarum, quæ Deo fuerint dedicata, pessima criminum peccantes, capitũ supplicio plectendos esse decernimus; quod non solum ad iniuriam hominum, sed & ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur.* Et post varias pœnas in legis huius violatores constitutas, subditur; *Ceteros omnes, qui conscij & Ministri huius criminis (raptus Monialium) reperi & conuicti fuerint, vel eos susceperint, vel quamcunque opem eis tulerint, siue masculi, siue fœminæ sint, cuiuscunque conditionis vel gradus vel dignitatis; pœna capitali duntaxat subiicimus, vt huic pœnæ omnes subiaceant, siue volentibus,*



*sue nolentibus sanctimonialibus virginibus, sive aliis supra-  
dictis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Ergo si  
Lutherus nihil aliud fecisset, quàm quod Leonardum  
Coppum & Wolffium Tomitsch instigauit, vt nouem  
ex Nimicensi Monasterio raperent, & ad se adducerent,  
iam de capite periclitaretur, ex vi huius legis.*

*Nec mitius cum Luthero ageretur, si ex decreto le-  
gum Francicarum cum illo transigeretur; nam lib. 5. cap.  
232. huiusmodi exstat Capitulare. Si quis rapuerit, sollici-  
tauerit, vel corruerit religiosam faminam, bona amborum  
Ecclesia vindicet, in qua talis mulier habitauit. Ipsi tamen ca-  
pitali periculo subiiciantur. Quæ lex repetitur lib. 6. c. 99.  
Et negligentibus in punitione huius criminis hæc mul-  
ta indicitur. Si vero Comes prouincia vindictam tali crimini  
imponere neglexerit, honore careat, & duas libras auri fisci iu-  
ribus dare compellatur. Hactenus de nuptiis Lutheri.*

---

BREVIS INSTRUCTIO LV-  
THERI, QVOMODO CATHOLICI EX-  
CIPERE DEBEANT CLANCVLARIOS  
Sectarum præcones ac propagatores,  
sive Lutheranos sive Calui-  
nianos.

ADMONITIVNCVLA.



**V**TILIS erit hæc instructio, ita sentio & testor  
cū vniuersim omnib, tum illis præcipuè qui in  
ciuitatibus vel prouinciis degunt, in quibus  
Hæresi, eiusque buccinatoribus palam nihil  
loci relinquitur. In has enim pestis disseminatores clan-  
culum

culum ſeſe inſinuare, & virus ſuum tacite per angulos & latebras ſpargere conſueverunt. At tu, quiſquis es, fac, quod hîc Lutherus iubet, & ab hæretica lue intactus permanebis.

### Inſtructio.

I. Hoc tibi ferendum non eſt, ut aliquis erroneum circumſeraneorum ſeſe ad te intrudat, ac priuatim in adibus tuis doceat, quod illis commiſſum non eſt. Si vnus aliquis in domum aut ciuitatem quampiam venerit, producat teſtes ſe notum eſſe, aut ſignis & literis teſtatum faciat, docendi officium ſibi commiſſum eſſe: Neque enim omnibus fides habenda eſt, Spiritum ſanctum ſe habere iactantibus, & ſeſe in omnes ades ingerentibus; quia ſunt erronei & maſtigia qui carnifici commendandi ſunt, nec tolerandi, ubi in aliorum officia ſine mandato ſe intrudunt contra Magiſtratus conſtitutionem; aut ubi clam & furtim in angulis ſerpunt, ubi nemini permiſſum eſt non vocato aliquid docere, aut ſemet ingerere. Lutherus in cap. 5. & 7. Matthæi. Tom. 7. Lat. Witcb. Neque enim Deus vnquam aliquem miſit, niſi vel per hominem vocatum, vel per ſigna declaratum, ne ipſum quidem filium. Lutherus Tom. 2. Epift. Lat. Epift. ad Philippum fol. 41. Multi quidem ſancti fecerunt mirabilia, ſed nullus vnquam ſine vocante Deo vel intus vel foras, qua tamen vocatio probabatur ſigno aliquo. Lutherus. Tom. 2. Epift. ad Briſmannum fol. 117.

Quocirca ſi quis huius generis elancularius impoſtore adoriatur, ſtatim pete à quo miſſus ſit. Si dicat, ſe à Deo eiusque ſpiritu miſſum, probe hoc ſignis ac prodigiis; quia quando Deus ordinarium ſtatum mutare vult; id nunquam ſine miraculorum interuentu facit. Si dicat, ſe vocatum ab ho-

mine, ostendat literas & legitima testimonia. Si neutrum præstare queat, silentium ei imponatur; quia quoscunque Deus vocat aut mittit, eos vocat aut mittit modo ordinario, nimirum aut signis, aut legitimis hominum testimoniis. Luth. Tom. 2. Ien. Germ. in Epist. ad Mülhufinos contra Münzerum, & Tom. 6. Ien. Germ. Epist. ad Laurentium Castnerum & socios eius.

Quamobrem, aut monstra vocationem & mandatum docendi, aut tace, (non datur tertium,) quia docere est officium at nullus officio fungi potest sine mandato & vocatione. Quare Christus in Parabola de patrefamilias, qui talenta sua seruis suis distribuit, ut negotiarentur, ait; Vocatis seruis, &c. Præcepit, ut negotiarentur. En seruos vocavit; vocatis mandata dedit. Huiusmodi vocationem clandestinus iste præco etiam secum adferre, aut pecuniam Domini intactam relinquere debet; aut se furem ac latronem esse prodet.

Quem proinde simul ac conspexeris, his verbis saluta. Vnde venis? Quis te misit? Quis tibi mandavit, ut concionareris? Vbi habes literas, quod ab hominibus missus sis? Vbi sunt miracula, quibus testatum facias, te à Deo missum? Quare non accedis nostrum parochum? Cur clanculum ad me arripis, & serpis in angulis? Quare non prodis in publicum? Si filius lucis es cur horres lucem? His quaestionibus facile clancularij isti seductores repellentur ac propulsabuntur; quia nequeunt vocationem suam ostendere; Profecto, vocatione, si seridò urgeatur; Diabolum in angustias conicere licet: quia isti vocatione gloriari non possunt, sed fateri coguntur, quòd non vocati aduolitent, & in alienum officium inuolent. Das kan ja nicht der heilige Geist sein / sondern muß der leidige Teuffel sein: non est Spiritus sanctus sed tartarus.

Palam

Palam porro aio, me ita affectum esse, ut licet tales omnium vitij alioqui expertes & ab omni labe puri; totique, quanti, quanti sancti essent; tamen ex hoc unico capite, (quod sine vocatione & mandato docent) conuinci possunt quod sint cacodemonis nuncij ac ministri: quia Spiritus sanctus non serpit clandestinè; sed palam de cælo delabitur. Serpentes serpunt; ac columba volant. Quam ob rem huiusmodi occulta reptatio, est verus Diaboli incessus. Hoc pro certo habe. Lutherus Tom. 5. Ien. Germ. in Epist. contra clancularios concionatores ad Eberhardum Von der Tannen, præfectum Wartenburgensem Anno 1532.

At num in re tanti momenti nullæ erunt Magistratus partes? Imò, nam & Ecclesiasticus & politicus magistratus hic diligentissimè advigilare debent: Ille quidem, ut populum perpetim instruat & commoneat, ne vllum det locum talibus insidiatoribus; sed pro Diaboli nunciis reputet: Hic quoque pari cura attendere debet. nam cum præcones isti clandestini, Cacodemonis satellites, nihil doceant, nisi venena & mendacia, Diabolus autem non modò sit mendax, sed & homicida; certum est illum eò tendere, ut per hos suos nuncios, bella, seditiones ac cades excitet, tametsi externo Schemate pacem præ se ferat: nec aliter facere potest, quia genius & ingenium eius est mentiri & mactare: propterea omnes, qui ad Reipublica clauum sedent; huiusmodi clancularios præcones suspectos habere debent, non modò ob falsa dogmata, sed & propter tumultus ac cades, monereque suos subditos, sibi ut diligenter ab his caueant, etiam grauibus pænis propositis, & si quos alicubi latere norint, ad magistratum deferant, nisi in se culpam omnium cadiũ ac seditionum harere velint. Quod si quis talè hospitio excipiat, docentèq; audiat, hac obiurgatione castigari debet. Quis tibi præcepit, ut huic clanculario impostori  
hospiti-

hospitium auresque praebeas? Vnde scis vocatum & missum, ut te doceat tuque ab illo discas? Quare hoc non patefecisti parocho tuo aut nobis? Quare deseris tuam Ecclesiam, in qua baptizatus, institutus, & caena Domini partus es, ad quam, Dei ordinatione, spectas? Cur nouum quid moliris clam & iniussus? Quis tibi dedit potestatem, ut Ecclesiam hanc discindas & in sectas disseces? Quis tibi mandauit, ut parochum tuum spernas, iudices, condemes clam, non auditum, non accusatum? Cuius auctoritate factus es iudex tui parochi, imò tui ipsius? Summa Summarum si talis praeco audiri cupit, Probet se esse prophetam seu doctorem in Ecclesia, ad quam venit. Si hoc non demonstrauerit, Solasß ihñ lauffenzum Teuffelweg/ der ihñ gesandt hat.

Hæc omnia Lutherus Epist. ad Eberhardum von der Tannen. Tom. 5. Ien. Germ. quæ certè non tam in Münzerum & Münzerianos, aliosque Enthusiastas & phantastas, quàm in Caluinum & Caluinistas, adeoque in ipsum Lutherum & Lutheristas quadrant, ut mihi persuadeam Lutherum hæc talia non nisi diuino nutu in literas misisse, ut nobis dicere liceret: *Ex ore tuo te iudico, serue nequam.* Quàm enim iudicio Lutheri, Münzerus & omnes à Luthero dissentientes sectarij vocatione & missione carent, tam caret cum suis Lutheranis Lutherus ipse, nam nec à Deo immediate vocatus est, ut ipsemet fatetur (de quo supra in Quæstionib de ordine) nec ab homine, ut ibidem ostensum: aut si ab homine vocatus est, non aliter, quàm Zuuinglius, Oecolampadius, Münzerus, Carlstadius, & similes, ab homine vocatus est; vocatione scilicet illegitima, quia ab illegitimo, ut sic loquar, vocatore; nec aliter, quam quibus baiulus, licitor, & si quis licitore vilior, qui conducitur, ut Reipublicæ alicui suam operam locet.

Nunc

Nunc abiungo, inquit Lutherus. Orationis meæ Compendium ſit iſtud. *Clandefini iſti præcones ſunt Damonis Apoſtoli. Quocirca monitum volo te Eccleſiaſticum magiſtratum: Monitum volo te Politicum Magiſtratum. Monitos volo omnes, quicumque Chriſtiano nomine cenſeri volunt; ut ſibi caueant, & iſtos (Münzerum, Lutherum, Zuuinglium, Caluinum, eorumque ſectatores) ne audiant. Et quicumque illos vel tolerat vel audit, is nouerit, Daß er den leidigen Teuffel leibhafftig ſelbſt höret / quòd ipſiſſimum Diabolum audiat non aliter, quàm ut ex energumenis loqui ſolet: Feci, quod mei erat officij, & ſuper Pſalmum 82. etiam hac de re dixi. nempe Tom. 5. Ien. Germ. Anno 1530. vbi ſcripſi, populum ſedulo monendum, ut ſibi caueat ab huiusmodi agyris & nebulonibus, tanquam à Diaboli nunciis, legitima uocatione deſtitutis; quin eos nec admittendos nec audiendos eſſe, licet purum putum Euangelium docere uellent, imo licet Angeli vnde citel Gabriel vom Himmel weren / & meri Gabrieles cælo delapſi eſſent, quia Deus non uult, ut quis non uocatus & non iuſſus Euangelium annunciet; Hinc Chriſtus neque Diabolum quamuis uera dicentem loqui permiſit; ut oſtenderet, ſine uocatione nihil hac in re faciendum eſſe. Quapropter quilibet, qui concionari inſtituit; aut uocationem ſuam probet, aut taceat. Sinolit, So beſelch die Oberkeit ſolchen Buben dem rechten Weiſter / der Weiſter Wanß heißt; committatur à magiſtrato Carnifici. Hæc Lutherus. Si ergo alicubi, præſertim ubi Inquiſitio uiget, fiat, quod Lutherus fieri uoluit, cauſæ nihil eſt, cur Lutherus & Lutherani conquerantur.*

F I N I S.

Mm

IN.



# I N D E X.

## A

- A**lterutrum confiteri, *Argula Stauffensis* Luthe-  
quid. 150. rum monet de ducenda u-  
*Amandus Polanus Calvinis-*  
*sta Basileensis de Luthera-*  
*norum confessione auricu-*  
*lari.* 151. xore. 262.  
*Anabaptistæ Polygamiam*  
*concedunt.* 203. *Aristoteles trigesimo septi-*  
*mo anno nuptiarum pote-*  
*statem facit.* 200.  
*Anglicani Calvinistæ mol-*  
*liores excommunicationē,*  
*suspensionē & irregularita-*  
*tem retinent.* 157. *Augustana confessio non por-*  
*rigit Cœnam nisi antè ex-*  
*ploratis & absolutis.* 124.  
*Anglicanorum Calvinopa-*  
*pistarum ordinationes.*  
172. *Augustani Lutherani quid*  
*egerint cum reliquiis Cœ-*  
*næ.* 68.  
*Austriaca Agenda Chytrai*  
*in ius vocata.* 157.
- B
- Anglicani Prædicantes ro-*  
*tundos pileos gestant.* 171. *Belgica synodus Calviniana*  
*hostias seu oblata repudiat.*  
*Angli Enthusiastæ Londini*  
*turbas concitant.* 185. 57.  
*Apologista Lutheri menti-*  
*tur.* 230. *M. Benedictus Schuman*  
*Prædicans à Luthero ordi-*  
*natus.* 161.  
*Arelius Minister Bernen-*  
*sis Cœnam negat egrotis.*  
88. *Bernardinus Ochinus Aposta-*  
*ta Polygamie assertor.* 203.  
*Beza quemuis liquorem ad*  
*Baptis-*

I N D E X.

- |                                                                          |                                                                                     |
|--------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| Baptismum sufficere putat. 10.                                           | Beza improbat Cœnam sumi flexis genib. 105.                                         |
| Beza Zuuinglium refellit. 16.                                            | Beza excommunicationem defendit contra Th. Erastum. 157.                            |
| Beza Baptismum à priuato homine collatum reiicit. 18.                    | Beza extraordinariam vocationem iactat. 184.                                        |
| Beza mulieres baptizare posse negat. 19.                                 | Beza Ochinum accusat, ipse reus. 203.                                               |
| Beza Baptismum Diaboli pro Ministro se gerentis probat. 24.              | Beza consilium bonum pro incontinentibus. 210, 214.                                 |
| Beza quosnam ad Baptismum admittat vel ab eo excludat. 25.               | Beza criminationes refelluntur à suo Sarauia. 193.                                  |
| Beza in Papatu veram Ecclesiam agnoscit. 26.                             | Bohemi scandalizantur in libro Lutheri de Clauib. 133.                              |
| Beza signum Crucis execratur. 48.                                        | Borrhamonialis à Luthero rapta cum octo sodalibus è Nimicensi monasterio. 266, 268. |
| Beza altaris mentionem refugit. 52.                                      | Brentius nouam formam Baptismi tradit. 15.                                          |
| Beza pro pane & vino Cœna quemuis cibum & potum concedit. 53.            | Brentius affirmat Christum esse in pane & vino ante cœnam. 71.                      |
| Beza fermentum probat in Cœna præ azymo. 57.                             | Bucerus insignis Zuuinglianus. 59.                                                  |
| Beza concedit à ministro Pontificio Eucharistiam administrari posse. 83. | Bucerus cum Luthero concordat. 69.                                                  |
| Beza infirmorum communionem reiicit. 84, 85, 89.                         | Bucerus matrimonium solui posse scribit, quandoque coniuges sibi displicent. 204.   |
| Beza infirmorum cõmunionē quandoq; admittit. 90.                         |                                                                                     |

Mm 2 Cal-



INDEX.

C

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Calvinus Baptismum à priuato homine collatum pro adulterino habet. 19.</p> <p>Calvinus mulieres baptizare posse pernegat. 19.</p> <p>Calvinus Catholicorum infantes à baptismo excludit. 27.</p> <p>Calvinus infantem in necessitate baptizare noluit. 35.</p> <p>Calvinus pro vino Cæna concedit aliam potionem. 53.</p> <p>Calvinus singulis mensibus semel cœnandum putat. 102.</p> <p>Calvinus verba S. Pauli ad cœnam omittit. 104.</p> <p>Calvinus cum S. Paulo pugnat 168.</p> <p>Calvinus Luthero &amp; Lutheranis oppositus. 215.</p> <p>Calvinianus utrum ducere possit uxorem Catholicam. 255. 256.</p> <p>Calviniani Ministri illustribus personis egrotantibus cœnam deferunt, tenuioribus negant. 87. 88.</p> <p>Calviniani Ministri de Cæna egrotis danda discordant. 88. 89.</p> <p>Calviniani concedunt abste-</p> | <p>miis unam tantum speciem. 99.</p> <p>Calviniani Angli signum Crucis probant. 50.</p> <p>Calviniani Angli Catholicorum Confirmationem amulantur. 51.</p> <p>Calviniani Angli minimum ter quotannis cœnare iuventur. 101.</p> <p>Calviniani Angli non seruant sigillum Confessionis in criminalibus. 151.</p> <p>Calvinianorum molliorum in Anglia habitus. 170.</p> <p>Caluinistarum conuentus nocturni &amp; clandestini. 100.</p> <p>Caluinista quo sicut corporis cœnam sumant. 109.</p> <p>Caluinista iis qui panem frangere nolunt, capita frangunt. 118.</p> <p>Caluinista quid de Lutheranis confessionariis &amp; confessionibus sentiant. 151.</p> <p>Caluinista Anglicani Parliamentarij Episcopi. 173. 180.</p> <p>Carolstadius auctor Vitebergensibus Sacramenti manibus attingendi. 113.</p> <p>Carolstadius Lutheri promotor ad Doctoratû. 162. 186.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Cata-

INDEX.

- Catalogus graduum prohibitorum in matrimonio secundum Lutherum. 230.
- Chytraus Austriaca Agenda auctor. 157.
- D. Crellius Cancellarius Saxonicus capite multatus ob crimina in confessione detecta. 153.
- Cureus probat Cœnam ad aegrotos deferri. 89.
- D
- Diabolus an possit Sacramenta administrare. 24. 79. 166.
- Diabolus primum Prædicantem fecit. 167.
- Diaconus Lutheranus super hostias dixit: Hac sunt corpora mea. 61.
- Diaconus Lutheranus dat rusticum particulam non consecratam. 65.
- Diaconi Lutherani uxor non uult amplius cum illo habitare. 238.
- Doctoratum suum quanti fecerit Lutherus. 161. 162. 185.
- E
- Emdenses Calviniani orbicu-
- lares hostias siue oblata repudiant. 57.
- Excommunicatio facile sublata, sed difficillimè reuocata. 157.
- Excōmunicatis conceditur facultas audiēda cōcionis. 158.
- F
- Frætica Pseudosynodus infantes Catholicorum excludit à Baptismo. 27.
- Francica Pseudosynodus eundo, stando uel sedendo cœnare permittit. 110.
- Francofordenses quid egerint cum reliquis Cœna. 68.
- Fratr̃s filiam ducere licet secundum Lutherum. 235.
- Fratr̃s uxorem ducere concessit Lutherus. 221.
- M. Fröschlin Prædicans bigamus repudiatus. 170.
- G
- Gallicanum Synedrium Calvinianum concedit abstemiis unam tantum speciem. 99.
- Geneuenses pro uino Cœna admittunt etiam alium potum. 56.
- Geneuenses stantes uel sedentes cœnant. 110.

I N D E X.

- Geneuensis Cæna sine azymo.* Homo ad quem finem creatus  
111. secundū Lutherum. 244.
- Geneuenses Presbyteri &* 245. 246.  
*Diaconi annui quales,* 180. *Hospinianus fractionē panis*  
*Geneuensium decretum sol-* in Cæna tanquam neces-  
*uentium matrimonia pro-* sariam defendit. 118.  
*pter annuam absentiam al-*  
*terius coniugis.* 204. *Hunnius Calvinista.* 5.  
*M. Georgius Rorarius primus* *Hunnius Anabaptista.* 17.  
*Pradicans à Luthero ordi-* *Hunnius in Bezam inuehitur,*  
*natus.* 160. *idem quod Lutherus do-*  
*centem.* 24.  
*Goldastus Calvinista quisqui-* *Hunnius Pomerani in Cathe-*  
*liarum collector.* 217. *dra VVitebergensi successor*  
*H* 33.
- Hadrianus Saravia Caluini-* *Hunnius panem azymum in*  
*sta Geneuenses Ministros* Cæna probat. 57.  
*exagitat.* 180. *Hunnius Bezam pro merito*  
*Hassia pars à Lutheranismō* excipit. 58. 87.  
*nuper ad Calvinismum*  
*transgressa.* 118. *Hunnius quod barbis adhere-*  
*Heluetij olim quid fecerint cū* scit, negat esse sanguinem  
*reliquiis Cænae.* 68. *Christi.* 74.  
*Hemingius vult Cænam dari* *Hunnius sibi contradicit.* 75.  
*morituris.* 89. *Hunnius negat mulieres Cæ-*  
*Hieronymus Schurff I. C. à* nam administrare posse. 78  
*Pradicante bigamo Cænam* *Husitis dignus sacerdos qui*  
*renuit accipere.* 169. *laqueos & coruos meruit.*  
*Hollædica & Zelandica Syno-* 163.  
*dus decernit standum dum*  
*cænatur.* 110. *I*
- Holzdorffensis Parochus ru-* *Iacobi Patriarchæ polygamia*  
*sticis orare nescientib. Cæ-* non trahenda in consequē-  
*nam negat.* 91. *tiam.* 205.  
*Ioannes Aureus sacerdos Apo-*  
*stata*

I N D E X.

- stata cum scorto suo commendatus à Luthero.* 130.
- Ioannes Baderus Prædicans quid egerit cum reliquiis Cæna.* 68.
- Ioannes Bugenhagenius Pomeranus Iudeum ridiculè baptizat.* 36.
- M. Ioann. Hackenburg Prædicans Erfurdenfis.* 69
- Iosephus Leuinus matrimonium in tertio gradu contrahit, Luthero approbante.* 234. 236.
- Iracundia diuortij causa Luthero.* 206.
- Iudeus quomodo sit baptizandus.* 36. 39. 40.
- Iudea femina publicè baptizata.* 39.
- Iudeus fidem simulans, num verè baptizetur.* 41.
- Iuramentum ordinandorum Anglicanorum.* 173.
- Iustus Menius de Iudeo baptizando Lutherum consulit.* 39.
- L
- Lalius Sozinus Caluino casum matrimonialem proponit.* 256.
- Laicis an liceat Eucharistiam tangere manibus.* 113.
- Leges Imperatoria & Francica cõtra raptores Monialium.* 266. 267. 268.
- Leonardus Coppus instigante Luthero moniales rapit.* 268.
- Leonis Iude Zuingliani Tigurini sententia de leprosis coniugibus.* 217.
- Londinensis Synodus Caluiniana Signum Crucis probat.* 49.
- Londinensis Pseudosynodus Confirmationem quandam instituit.* 51.
- Londinensis Caluiniana Synodus ter quotannis cœnandum præcipit sub pœna* 102.
- Londinensis pseudosynodus cœnam flexis genibus sumendam statuit.* 106.
- Londinensis pseudosynodi decretum de sigillo confessionis.* 151.
- Londinensis Synodi censura.* 157.
- Ludimoderatoris Francofordiësis uxor nõ vult nubere Lutherano Diacono.* 238.
- Lu-

INDEX.

- Lutherus inconstans.* 6.10.  
30.70.79.82.84.89.98.  
107.108.109.113.119.131.  
135.136.210.211.229.230.  
231.232.237.238. 239.  
240.247.248.249.250.
- Lutherus immersionem ad  
Baptismum necessariam  
probat ex etymo Germani-  
co.* 7.
- Lutherus Baptismum probat  
non datum in nomine Do-  
mini.* 12.
- Lutherus Anabaptista.* 18.
- Lutherus Diabolum admittit  
pro ministro Sacramento-  
rum.* 24.
- Lutherus innuit animam esse  
mortalem.* 29.
- Lutherus infantem non ba-  
ptizatum saluatum pronū-  
ciat.* 30.
- Lutheri modus baptizandi  
Iudaos, expeditus.* 40.
- Lutherus interrogat uxorem  
an credat se sanctam.* 44.
- Lutherus non probat vinum  
aqua misceri.* 58.
- Lutherus Cœnam consecrat,  
& quibus verbis.* 60.
- Lutherus negat Vngaris stu-  
diosis Latinam Cœnã.* 62.
- Lutherus vinum Cœne effu-  
sum lingit, & locum radit.*  
70.
- Lutherus manifestus Vbiqui-  
sta.* 71.
- Lutherus omnes Christianos  
facit sacerdotes etiam mu-  
lieres.* 75.76.
- Lutherus Sacramentarios pe-  
ius odit quã diabolum.* 81.
- Lutherus hostiam adhuc in-  
corruptam iubet comburi.*  
92.
- Lutherus responsum differt  
post prandium.* 93.
- Lutheri oratio preparatoria  
ad Eucharistiam.* 95.
- Lutherus Gersonem falso ci-  
tat.* 99.
- Lutherus Cœnam cõtemnen-  
tes ad Diabolum mittit, &  
sepultura priuat.* 110.
- Lutherus prohibet commu-  
nionem tempore Paschali.*  
101.122.
- Lutherus quoties communica-  
re consueuerit.* 102.103.
- Lutherus inconfessus commu-  
nicat.* 103.104.
- Lutherus doctos sine confes-  
sione cõmunicare permit-  
tit.* 104.123.
- Lu-

INDEX.

- |                                                                                          |                   |                                                                                                  |        |
|------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------|--------|
| <i>Lutherus genū flexus communikat.</i>                                                  | 106.              | <i>duas uxores concessit.</i>                                                                    | 202.   |
| <i>Lutherus in VVitebergenses suos inuehitur ob tactum Sacramenti.</i>                   | 113.              | <i>Lutheri consilium bonum pro incontinentibus.</i>                                              | 209.   |
| <i>Lutherus confessionem esse Catechismum, probat ex etymo Germanico.</i>                | 120.              | <i>Lutherus simulat se abhorre-<br/>re à nuptiis</i>                                             | 262.   |
| <i>Lutherus quanti fecerit Con-<br/>fessionem auricularē.</i>                            | 125.<br>126. 143. | <i>Lutherus suo iudicio hereti-<br/>cus.</i>                                                     | 262.   |
| <i>Lutherus quicquid homo agit<br/>putat esse peccatum morta-<br/>le.</i>                | 129.              | <i>Lutheri uxor &amp; proles.</i>                                                                | 263.   |
| <i>Lutherus qualis furia fuerit<br/>&amp; quam parum orauerit.</i>                       | 136. 137.         | <i>Lutherus nuptias prius con-<br/>summauit, quàm publicè<br/>celebrarit.</i>                    | 264.   |
| <i>Lutheri compendiosissima cõ-<br/>fitendi ratio.</i>                                   | 137.              | <i>Lutherus cur duxerit uxo-<br/>rem.</i>                                                        | 265.   |
| <i>Lutherus se &amp; suos symmystas<br/>appellari cupit sanctos.</i>                     | 142.              | <i>Lutheri parens fossor metalla-<br/>rius.</i>                                                  | 265.   |
| <i>Lutherus etiam mulieribus<br/>concedit audire confesio-<br/>nes &amp; absolueret.</i> | 148.              | <i>Lutherus quosnam ad nuptia-<br/>le suū epulū inuitarit.</i>                                   | 266.   |
| <i>Lutherus quo ritu ordinari<br/>Pradicantem.</i>                                       | 161.              | <i>Lutherus ob raptum monia-<br/>lium gloriatur.</i>                                             | 267.   |
| <i>Lutherus duos Episcopos or-<br/>dinauit.</i>                                          | 161.              | <i>Lutherus alios ad rapiendas<br/>moniales instigat.</i>                                        | 268.   |
| <i>Lutheri Pater noster, da uxo-<br/>rem, &amp; panem quotidiana-<br/>num.</i>           | 201.              | <i>Lutherana sobrietas.</i>                                                                      | 105.   |
| <i>Lutherus Principi cuidam</i>                                                          |                   | <i>Lutherana preparatio &amp; di-<br/>spositio ad cœnam.</i>                                     | 105.   |
|                                                                                          |                   | <i>Lutherani Diaconi &amp; Pradi-<br/>cantes, vide V. Diaconi &amp;<br/>V. Pradicantes. item</i> | 160.   |
|                                                                                          |                   | <i>vsque ad</i>                                                                                  | 194.   |
|                                                                                          |                   | <i>Lutherani sancti.</i>                                                                         | 46.    |
|                                                                                          |                   | <i>Lutherani quid agant cum<br/>reliquis Cœna.</i>                                               | 68.    |
|                                                                                          |                   | N <sup>a</sup>                                                                                   | Luthe- |

I N D E X.

- Lutherani cœnantibus panem in os imponunt.* 113.  
*Lutherani Ministri quidam casulam vel lineam vestem induunt.* 118, 119.  
*Lutherani Confessionarios suos appellant Reuerendos Dominos.* 140.  
*Lutheranorum Confessio auricularis qualis.* 151.  
*Lutherani Prædicantes frangunt sigillum.* 152.  
*Lutherani sola fide omnia transigunt.* 156.  
*Lutheranorum ritus nuptialis qualis.* 257.
- M
- Manè surgendum & uxor ducenda, adagium Lutheri.* 199.  
*Maritus quidam uxori suæ in articulo mortis confessus.* 155.  
*Mauritius dux matrimonium in tertio gradu pleno contractum concedit.* 223, 224.  
*Miles quidam suspensus ob furta à confessionario suo Prædicante prodita.* 154.  
*Mulieres etiam sacerdotes.* 76.
- Mulier quædam vult confiteri Prædicans.* 150.  
*Mulier quædam Prædicantem ordinat imponendo ei manus cum linteo.* 165.  
*Mulieris cuiusdam confessio Prædicanti facta, ab eodem pro concione proclamata.* 155.  
*Mulieres Lutheranorum sanctæ.* 45.  
*Munzerus solus voluit dominari.* 142.  
*Musculus negat egrotis Cœnam.* 88.  
*Musculus Cureum arguit mendaciæ.* 89.
- N
- Nationalis Synodus Belgica, Germanica, Gallica, Caluiniiana.* 110.  
*Nicolaus Episcopus Ambrosdorffius Theologis Vitebergensibus casum proponit.* 65.  
*Nobilibus quibusdam Austriacis ius excommunicationis demandatum.* 157.  
*Norinbergensis ditionis Parochus Cœnam in cochleari porrexit.* 67.
- Nu-

I N D E X,

- Nuptia Lutheranorum qua-*  
*les.* 257. 261.
- O
- Oecolampadius non negat Cæ-*  
*nam agrotis.* 89.
- Oratio Dominica à Luthero*  
*correcta.* 201
- P
- Pater Noster Lutheri; Da v-*  
*xorem & panem quotidia-*  
*num.* 201.
- Petrus Arbitr Lutheranus*  
*de moribus Pradicantium*  
194.
- Petrus Martyr concedit Cæ-*  
*nam agrotis.* 89.
- Petrus Martyr sacras vestes*  
*admittit.* 171.
- Philippus Melanchthon in-*  
*constans.* 5.
- Philippus pro vino Cæna con-*  
*cedit hydromeli seu mul-*  
*sum.* 55.
- Philippus absolutionem pro*  
*Sacramento habet.* 120.
- Philippum excipit Lutherus*  
*à recitatione Catechismi in*  
*confessione.* 144. 145.
- Philippus Melanchthon cum*  
*Luthero insanit.* 231.
- Philippus cum Luthero index*  
*causarum matrimoniali-*  
*um.* 252. 253.
- Philippus Luthero quod Mi-*  
*tionis Demea.* 262.
- Pomeranus Hamburgensem*  
*Agendam fabricat.* 22.
- Pomeranus Baptismum con-*  
*ditionalem probatum mox*  
*improbat.* 22.
- Pomeranus aspersos tantum*  
*infantes negat esse bap-  
tismos.* 31. 33.
- Pomeranus maluit suo iudicio*  
*perire paruulos, quàm po-*  
*pulum de eo admonere.* 33.
- Pomerani iudicium de rustico*  
*cui data est hostia non con-*  
*secrata.* 65.
- Pomeranus vinum Cæna ef-*  
*fusum lambit locumq; radi*  
*iubet.* 70.
- Pradicans quidam pro calice*  
*dixit: Accipe coclear noui*  
*testamenti.* 67.
- Pradicans quidam residuum*  
*vini in Cæna ebibit, panes*  
*filiis suis reseruans.* 68.
- Pradicans quidam rustici nu-*  
*ptias cum defunctæ suæ u-*  
*xoris sorore copulat.* 237.
- Pradicans mulieri cuidam vult*  
*confiteri.* 150.
- Nn 2      Præ.



INDEX.

- Pradicans ordinandus sine auriculis repertus.* 163.
- Pradicans primus à quo factus.* 167.
- Pradicans à muliere ordinatus impositione lintei sui loco stola.* 165.
- Pradicans vetulam ducens à Luthero increpatus.* 168.
- Pradicans Cœnam ineptè administrans, Vide V. Diaconus Lutheranus.* 61. 65.
- Pradicates quid egerint cū Cœna ab infirmis relicta, vel reiecta.* 92.
- Pradicates Reuerendi Domini & sancti Patres,* 141. 142.
- Pradicates quomodo tractentur à suis.* 175. 177.
- Pradicates simplices & compositi.* 178.
- Pradicates aliquot maluerunt solum vertere, quàm panē in cœna frangere.* 118.
- Pradicates quidam casulam, vel lineam vestem induunt.* 119. 171.
- Pradicates frangunt sigillum.* 152. 153. 154. 155.
- Pradicates puri laici.* 164. 181.
- Pradicates dispensant cum marito uxoris Gallica lue correpta.* 211.
- Pradantium mores ex Sarcio.* 175. 177.
- Pradantium mores ex Petro Arbitro.* 194.
- Pradantium mores ex Amado Polano.* 151. 152.
- Pradicates ex sartoribus & textoribus, & qui tota vita sua nullum Latinū verbum didicerint.* 163. 194.
- Pradantium titulus mensa.* 173.
- Puritani Angli Cœnam sumunt vel stantes vel sedentes.* 110.
- Puritani Geneuenses omnes Pradicates faciunt aquales.* 180.
- Q
- Quod Deus coniunxit, Luthero quid.* 220.
- R
- Reuerendi Domini Pradicates.* 141.
- Rusticus sumit hostiam non consecratam pro consecrata.* 65.
- Rustici nescientes orare, Cœnam petunt à Parocho.* 91.
- Rusticis interdicitur tertius gradus matrimonij.* 236.
- Ru-

INDEX.

*Rusticus uxoris suae defunctae  
sororem ducit.* 237.

S

*Sancti Domini & Patres Praed-  
dicantes.* 142.

*Sancta mulieres & pellices  
Lutherana.* 45.

*Saravia Belga Calvinista Par-  
lamentarius in Anglia.*  
180.

*Saravia pro Catholicis presby-  
teris & Episcopis contra  
Bezam.* 192. 193.

*Sarcerius Pradicans suorum  
mores describit.* 175.

*Sarcerius liberalis in conce-  
dendis repudiis.* 211. 215.

*Sarcerius vela vertit.* 216.

*Sarcerius Superintendens nu-  
ptias Lutheranorum de-  
scribit.* 257.

*Saxonia Princeps Elector nu-  
ptias in tertio gradu con-  
trahi vetat.* 234.

*Saxonici Pradicates Con-  
fessionis sigillum frangunt*  
153.

*Saxonici Pradicates sacris  
vestibus, ut alba & casula  
utuntur.* 171.

*Schlusselfurgius Lutheranus*

*Superintendens Caluini-  
stas perstringit.* 88.

*Silesii uxores ducunt ex se-  
cundo & ferè primo gradu.*  
229.

*M. Simon VVolferinus vi-  
num ex Cœna residuum  
cum alio miscet.* 69.

*Sulzerus Caluino gratulatur  
ob elevationem sublatam à  
Luthero.* 109.

*Sūma Angelica Luthero Dia-  
bolica.* 217.

T

*Textores apud Lutheranos o-  
ptimas parochias occupant*  
177.

*Thomas Erastus Medicus  
Heidelbergensis contra ex-  
communicationem scribit.*  
157.

*Thomas Munzerus extraor-  
dinariam vocationem ia-  
stat.* 184.

V


*Vadianus Sacramentarius Sä-  
gallensis de seruatorum con-  
iugio ineptit.* 217.

*Vienna Pradicans vomitu re-  
iectum negat esse amplius  
Sacramentum.* 92.

Nn 3 Vl

I N D E X.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                   |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p><i>Vlmenses</i> quid egerint cum reliquis Cœna. 68.</p> <p><i>Vngari</i> quidam studiosi <i>VVitebergæ</i> petunt Latinam Cœnam. 62.</p> <p><i>Votum</i> Lutheranium, ne demordeas tibi nasum. 228.</p> <p><i>Vratislavienses</i> ducunt uxores ex secundo, &amp; fermè primo gradu. 229.</p> <p><i>VVitebergenses</i> à <i>Luthero</i> reprehensi quod Sacramentum manibus tangerent. 113.</p> <p><i>VVitebergenses</i> coniungunt duos, inuitis eorum parentibus. 239.</p> <p><i>VVitebergense</i> Consistorium de eo qui uxoris suæ mortua sororem duxerat. 237.</p> <p><i>VVolfssius</i> <i>Tomitzsch</i> à <i>Lu-</i></p> | <p><i>thero</i> instigatus moniales rapit. 208.</p> <p><i>Vxor</i> <i>Antonij</i> <i>Lauterbach</i> tota sancta. 45.</p> <p><i>Vxor</i> <i>Ant. Lauterbach</i> olim monialis. 46.</p> <p style="text-align: center;">Z</p> <p><i>Zuuinglius</i> &amp; <i>Zuuingliani</i> profani <i>Philippo</i>. 7.</p> <p><i>Zuuinglius</i> nullam certam formam Baptismi agnoscit. 13.</p> <p><i>Zuuinglius</i> nullã certã formã <i>Eucharistia</i> agnoscit 59.</p> <p><i>Zuuinglius</i> sedendum vult in Cœna. 110.</p> <p><i>Zuuinglij</i> formula Cœna administranda. 110. III.</p> <p><i>Zuuingliani</i> Antiquiores <i>Caluino</i> &amp; <i>Beza</i> liberaliores. 217.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|



ERRA-



## ERRATA.

**I**N Approbatione, pag. 18. vers. 15. lege, THEODORVS. Pag. 3. vers. 7. an-  
micida. ib. 26. alibi, lege, alicubi. 4. 10. principio. 5. 25. illius. 9. 13. adultis.  
9. 27. per immersionē, lege, vel immersionem. ib. antepen. immerito, lege,  
immersio. 11. 7. mihi. ib. antepen. disertius. 13. 5. sufficere. ib. 26. licet.  
14. 20. baptizate, lege, baptizo te. 15. 10. vade. 19. 10. petitis. 21. 19. quasi,  
lege, qua si. 22. 14. cum scriptura. ib. vlt. temeritas. 23. 1. pietatis. ib. 7.  
baptizatus. ib. 26. Dei. ib. 29. & impon. lege, ei imponitur. 25. 15. pro-  
fessionem. 26. 9. non, lege, nam. ib. 25. sit, lege, si. 28. 3. ex, lege, &. ib. 8.  
scriptura. ib. 9. lauacrum. 29. vlt. partialiter. 31. 2. mea. 32. 6. capitula-  
rium. 33. 2. parochiana. 40. 1. lege, esse. 46. 1. respondit, lege, respondit  
se esse sanctam, quantum crederet, sed peccatricem, quantum homo.  
66. 14. quæritur. 67. 10. lege, condi curarem. 68. 1. consumatur. ib. 13. in  
70. 22. existimassent. 72. 7. ausculta. ib. 19. habere. 72. 1. Christus. 76. 7.  
commemorationem. ib. antepen. diuina. 77. 2. igitur. ib. 4. quoque. 78.  
6. lege, actionem à muliere obitam in dubium reuocat, &c. ib. 24. collo-  
quii. 79. 19. inefficacia, 80. 5. supra. ib. vlt. traditor. 81. 1. quæritur. ib.  
23. Sacramentarij. 82. 7. Lutherus. 84. 22. concedunt. 85. 22. arbitrer. 86.  
10. adiumentum. 90. 20. administratur. 94. 16. nos ante, lege, non ante.  
96. 12. mercten. 103. 21. in Lutheri conscientia. 108. 3. adorationem. 111.  
19. laudate pueri dominum. 119. 8. qualis. 120. 27. wo es. 123. 2. momen-  
ti. 137. 16. dari. ib. 21. quatuor. ib. 28. lege, multæ gratiæ Luthero. 143. 18.  
relinquo. 152. 18. excruciant. 154. 28. præceptor. 155. 11. extrudunt. 165. 21.  
cælorum acceperunt. ib. 27. lege, vi harum clauium. 168. 7. differeret.  
ib. 26. inuenies. 169. 3. vltiorem. 171. 17. lege, ne tuo exemplo. 172. 14.  
quatuor. ib. 21. Respondeo de Luth. 180. 19. lege, à ratione auersa. 181.  
15. collegis. ib. 26. Sarauia. 187. 10. tantummodo. 195. 17. lege, ipsum terna-  
rium. 202. 8. lege nolim. 205. 9. lege, Lia. 206. 1. vxores. 212. 7. matri-  
monij. 216. 23. pacificè. 222. 2. Sacramenti. ib. 21. consororitatibus. 225.  
11. eius. ib. penult. cum. 226. 14. rabiem. 229. 21. sorores. 233. 16. lege quæ-  
ritur. 234. 3. tantummodo. ib. 7. politicum. 240. 5. scribitur. 241. 6. lege  
assimili fermè modo. 242. 2. consueuerunt. 243. 20. lege, irrita reddant,  
& in nihilum redigant. 245. 20. plerunque. 246. vlt. disiunctim. 249. 2.  
acquiescere. 252. vlt. si. 258. 12. nichts.


















Geistliche Aporet

nichts guts gedemcken / viel weniger voll-  
 bringen köndren. Siehe ich vnwürdiger  
 Mensch / vnd grosser Sündner fosse auff  
 heiligen heiligen tag des Freytags zu dir /  
 vñ bitte dich ganz demütig / gib mir emp-  
 sigkeit zu b. r. c. k. r. a. f. t. zu fasten / beharung  
 zu lesen / damit ich ohn vnderlaß / deine Ge-  
 bott lese / was recht ist / lerne / w. schendlich /  
 vñ schädlich ist / verlasse / was schon ist / lie-  
 be / was nützlich ist / behalte / vnd alles / was  
 dir wolge- fellig ist / beständiglich bewahre.  
 Ich mir / das ich die zeitliche ding verach-  
 te / vnd auß allen kräften die ewige ding  
 liebe / mich tod verachte / vnd dir lebe / mich  
 mit erfrew / auch mit trawre / vmb der zeit-  
 lichen ding willen / nicht fürchte / alles was  
 zeitlich ist / mit mit lieblosen bestochen / vnd  
 mit trawung g. f. a. t. e. Ich bitte dich /  
 O ewiger Gott / was ich geben  
 k. r. a. f. t. / r. e. d. e. n. / wann ich schweige  
 soll. Gib mir für-  
 stärke / vnd nit-ffig  
 zu vnderstehen zu-  
 loben / vnd au-

1527

Christlicher andächtiger Gebett. 55  
 vor allem vbel / vnd vnglücke / verleihe  
 auch dein Genad nach deinem Göttlichen  
 willen / vnd wolgefallen / vnsträflich / zu  
 d. a. e. E. w. / meines Nechsten Wosfahr /  
 vnd meiner Seelen Heyt zu leben / vnd  
 selig zu sterben / Amen.

An dem Donnerstag ein Gebett  
 von der S. Dreyfaltigkeit.

**G**ott / ein-  
 Starke / überwindlicher  
 Eide / die-  
 telt / was du außerwo-  
 würffest / ohn widerkehr / ver-  
 Gott / dessen eingebor-  
 vns erwecken / sein Hoffn-  
 vnd die Liebe vereinigt.  
 beschlest zu suchen / genad-  
 vnd denen / so außloffen /  
 G. D. E. / von dem zu  
 ist / vñ verme aber nicht auß-  
 sollen

in sua. **D**octrina factus ih̄s q̄  
iam omnia cōsummata sūt:  
ut cōsumeretur scriptura  
dicit. **S**ino. **H**as ergo posi  
tum erat: aceto plenū illi  
aut spongiā plenā aceto p̄  
sopo accipientes: obtu  
lerunt ori eius. **C**um ergo  
accepisset ih̄s acētū dicit.  
**C**onsumatū est. **E**t iudicā  
to capite: tradidit spiritū.  
**+** **J**uda ergo quoniā pa  
rescitur erat: ut non tinea

vera dicit: ut et vos veri  
tis. **F**acta sūt enī hec: ut  
scriptura impleatur. **D**es n̄  
cōmuniens ex eo. **E**t iudicā  
alia scriptura dicit. **H**ic  
būt in quē transferebantur  
**P**ost hec autē cogitavit  
p̄latū ioseph ab arima  
thia: eo q̄ esset discipuli  
ih̄i. occultus autē p̄pter ni  
tū iudeoz: ut tolleret cor  
pus ih̄i. et p̄misit p̄lati  
**H**ec ergo: et talis corpore

